

& optabile esse ducerent, hoc ipsum querunt, num peccari libere, atque impune iam posuit, postquam à IES V Christo uenita, nō poena peccatoribus est allata; quorum inficitiam refevit Paulus, humanas similitudines in medium proferens, quād ad altiora capienda cōsilia necdū erant idonei, Absit inquietus, quod peccare liceat sub gratia constitutis. Qui enim liceat, cum gratia ea sit, qua ad libertatem nos duxerit, & ad iustitiae uitam; peccatum autem sub seruitutem iniquitatis & mortis nos redigat; siquidem cui nos exhibemus seruos, in obediendo eius serui efficiuntur, quatenus ei obedientiam præstamus, ita ut habeat is, cui obedīdo seruum, in nobis potestatem, per quam ad suam naturam & uoluntatem nos pertrahat. Porro peccati natura mortis effectrix est, qui ergo seruit per obedientiam peccato, in mortem illi seruunt, & sub eo moriuntur. At iustitia per gratiam dat uitam, Igitur si serui una esse nō possimus morti & uitæ, nec peccato itē possimus esse simul & iustitiae. Seruire etenim est agere ad alienas uoluntatis, naturæ præscriptum, quod idem est ac illi, cui obedias, seruum esse, siue peccato in mortem, siue obedientiae in iustitiam; hoc est, siue peccato obedias, ista te seruit ex u[er]o naturæ peccati ad mortem derrudit; siue obedientiae pareas, istud parere obediens deducit te ad iustitiam, cum qua semper uita coniuncta est. Ferme enim utitur hoc uocabulo Paulus iustitiae ad sensum etiam uitæ, quoniam uita cum illa ex fide iustitia conflata ita est, ut non possint inter se distracti, sed ipse in his uerbis posterioribus suo more concisus, & subterlabens, obedientiam in iustitiam, sic strictum posuit pro obedientia erga Deum in fide C H R I S T I, quæ nos deducit, & uocat ad iustitiam, consequenter ad uitam. Hoc enim par pari quod referendū erat, ut quemadmodum dixerat peccati in mortem, sic diceret iustitiae in uitam, rotum conclusit in ipso iustitiae uerbo, & reliquit nostris cogitationibus intelligendum. Sed gratia, inquit, Deo sit, quod cum ante esset serui peccati, obedisti ex corde fidei, & C H R I S T O: hoc est, quod modo dixerat, obedientia in iustitiam secundum formam doctrinæ, quæ uobis fuit tradita, id est secundum Euangeliū, eiusq[ue] doctrinam, ex quo liberū facti essis à peccato, & ad seruēdum iustitiae uocati: quo pacto ergo lícitum sit peccare sub gratia, si hoc proprium in uobis est gratia donum, quod ut morte uitaretis, à peccato fuistis liberati, & subiecti facti iustitiae, ut uitam obtineatis?

Humanum quid loquor ob imbecillitatem carnis uestræ: quemadmodum enim præbuistis membra uestra serua impuritatib[us] & iniquitatib[us] in iniquitatem, sic & nunc prebete membra uestra serua iustitiae in sanctificationem. Quando enim serui eratis peccati, liberi eratis iustitiae. Quem igitur fructum habebatis tunc in his, ex quibus nunc uerecundamini? Finis enim illorum mors. Nunc autem liberati à peccato, & serui effecti Deo, habetis fructum uerstrum in sanctificatione, finem autem uitam æternam. Obscuria enim peccati mors. Donum autem Dei, uita æterna in C H R I S T O Iesu domino nostro.

H V M A N V M quid loquitur, quoniam cum ex his, quæ senserunt illi, experti in seipsis sunt, uelit eos nunc commonefacere, omittit tantisper sublimitatem mysterij mortis nostræ in C H R I S T O, & cum eodem ad iustitiae uitam resurrectionis, illosq[ue] ex proprijs ipsorum erratis, erratorumq[ue] doloribus, & pœnitentijis erudit, ut uelint hanc multo potiorem, quæ in innocentia & sanctitate posita est, uitam constitueret. Igitur horratur eos, ut sicut ante acceptæ fidei lumen, præbuerant membra sua serua impuritatib[us] & iniquitatib[us], hoc est, prauo animi habitui, & uoluntatis uitio, in quotidianas, & singulares iniquitatib[us] actiones, sic nunc prebeant eadē serua iustitiae in sanctificatione, reduciturq[ue] illos in memoriam eorum, quæ ante per perpetrare soliti erant, ex quibus pudore ipsi nunc afficerentur, tanquam illa per se turpia & flagitiosa fuissent, quippe qui quo tempore seruiebat peccato penitusq[ue] erant illi dediti, nihil in se tunc iuris, necq[ue] imperij iustitiae esse permittebat, & ideo ab illa dicuntur sive liberi, quasi nihil cum iustitia rationis tunc contrahentes, necq[ue] illa in re illi obtemperantes; & ne forte quis interpellet, etiā si in se, & ex se turpia illa fuerint, finem tamen illorum

illorum optabilem esse, quasi in his posita sit iucunda, & diuina uita, hoc etiam excludit, inquietus finem illorum fuisse mortem, quod in omnem quidem partem, id est, in omni genere mortis tam corporis, quam animæ ita esse constat; fructū quoq[ue] illum prioris uite inutilem & perniciosum ostendit. Nam cum ipsa illa, quæ antea gerebat & sectabantur, erant ex se turpia, tum eadē appropabant, & præcipitabant mortem popularē hanc quidem, & cōmūnem omnibus, quæ est corporis, animæq[ue] diuīsio, cui nihil cognitum est, quam cupiditatib[us], & libidinis dominatus; sed & illam animæ præterea exitiōisorem, ac perpetuam, ut si maxime illa strauia, appetendaq[ue] existent, quod nequaquam ita erat, morte tamen cito tollerentur. Ita omni ratione erant illis pudenda, & pœnitenda, quod in honesta, quod pestifera, quod incerta etiā, & cito interitura essent. Nunc autem liberati à peccato, & serui facti Deo habent fructum in sanctificationem, & finem eius uitam æternam; quod optime quadrat. Si enim ex peccato mors, ex sanctificatione profecta est uita, quæ quoniām sanctificatio procedit ex Deo secum deferens uitam, ex æterno utiq[ue] Deo uitam quoq[ue] æternam plane in nos traducit. Hoc etiam magis, cum donum ipsa Dei sit, ex illo totum dependens, non autem ex nobis originem ullam trahens, debeatq[ue] dona donanti similia, & imprimitis ipso digna existere, qui donat, quod quidem donum à Deo per I E S V M Christum nos accepimus, & in C H R I S T O Iesu illo ipso perfrauemur.

An ignoratis fratres, scientibus enim legē loquor, quod lex dominatur homini, quandiu uiuit. Nupta enim mulier uiueti uiro, alligatur lege, si autem moriatur uir, soluta est à lege uiri: sic igitur uiuente uiro adultera iudicabitur, si hæreat uiro alteri: si uero moriatur uir, libera est à lege, ut non sit adultera, si hæreat uiro alteri. Quare fratres mei & uos perempti estis legi per corpus I E S V M Christi, quo hæreatis uos alteri ei, qui ex mortuis excitatus est, ut fructum feramus Deo.

R A T I O ista Apostoli tota intenta est ad cohortandos Iudeos, ut audacter desificant à lege, & dicent se C H R I S T O, tanquam ipsi legi mortui sint, & lex ipsi. In illis enim fiduci nouæ primordijs complures adhuc eorum titubabant, noscentes quidem uim, & ueritatem mysterij C H R I S T I, sed in isto metu legis, in qua inquietauerant, patresq[ue] suos & auos in eadem professos cultum Dei ueri meminerant, in anticipites curas distrahebantur, ut non planè statim decernerent, quid sibi esset faciendum: hos sic hæsitantes, & ambiguos, nequaquam aspernantes fidem C H R I S T I, sed dubitan tes tamen, impellit Apostolus, ut toto pectora C H R I S T V M amplectiantur eō, q[ue] nullum amplius in eos imperium habeat lex, quippe cuī ipsi mortui sunt, lex uero in eis tantum ius suū exercat, qui in uita hac illi sunt subiecti; quod autem hominē mortuo soluator in eum imperium legis, exemplo ex ipsa lege sumpto plantum facit. Est enim in lege positum, ut mulier uiro nupta tota sit uiri, nec alienum uirum illo modo experat, quem si expeterit, ut adultera puniatur; hoc ex lege uinculum uiro mulierem obstringens, si uir moriatur, dissolutum statim est, nec ad alterum uirum transiens mulier, iam est adultera amplius iudicanda. Atq[ue] hoc quod in parte quadam, & in uno præcepto legis perscriptum est, idem profecto ualeat in uniuersam legem, que siue ipsa antiquetur, siue illa qui tenetur, uita ipsi defuncti sint, solutū est omne uinculum, necq[ue] amplius mortui qui iam sunt, legi ipsi subiectiuntur; necq[ue] sane refert quod est in exemplo uiri & mulieris positum, utrius solutio & mors in eo cogitetur, quando alterius utriusvis morte alter solutus est, & a uinculo legis, quod ad matrimonij ius pertinet, per illius mortem liberatus, nosq[ue] cum morimur legi, lex etiam moritur nobis. Sed ut nostram hanc cū lege coniunctionem explanemus, ac nunc de nobis tanquam de Iudeis illis loquamur. Quemadmodum si coniugio deuincti non sumus, nihil habet potestatis in nos ea lex, que de coniugio est posita, & si publica nō redimimus, leges publicanorum non sunt nobis latæ, nec quæ de finibus regundis sunt, si agrum non possidemus, nec quæ de stillicidijs, si domicilio sumus priuati; sic in uniuersum O cum

cum tota Moysis lex regendis, & docendis hominibus lata sit, quo pacto illis in hac vita, & in his terrenis mundanis in rebus, actionibus, studijs, commercijs fine offensione Dei interfundit, agendum est, si terrena ista omnia negligantur, & pro nihilo pendantur, neque corporis, & carnalibus his curis quicquam pendeat, iste legi profectio iam mortuus est, & lex ipsi, neuter est cum altero quicquam amplius rei habet, nec rationis, sed qui fidei C H R I S T I secuti sunt, & C H R I S T O fessi toto, ac p. C H R I S T V M Deo dediderunt, hinc omnis mundi rebus & mundanis studijs mortui sunt, quippe qui cuncta abiecerunt corpore, & repudiauerunt, solisq; in celestibus spem suam collocauerunt; in hos ergo imperium iam nullum neque potestatem habet lex, solutus enim est vel diffusum vinculum potius corporis, & corporeorum, quo antea legi tenebantur obstricti. Libere ergo possunt sicut mulier priore uiro orbata ad uirum alterum, sic ipsi per mortem I E S U Christi, in cuius omnes corpore, qui C H R I S T I esse uolumus, comortu cum illo sumus, a legis imperio liberi effecti conferre se ad alterum eum ipsum uidelicet, qui est mortuus idcirco excitatius est, ut nos una cum illo quoque excitati fructum iam Deo, & non amplius legi feramus, ut seruitus deinceps nostra in his sit, quae sola Deo uere accepta, grataq; sunt, quae a dedita illi uoluntate, & spe eiusmodi fruendi, possidenti per terrenis penitus abieciis studijs proficiuntur, in quibus studijs terrenis lex imbecillitatis tantum nobis est carnisq; directrix.

Quando enim eramus in carne, infectiones peccatorum quae per legem sunt, operabantur in membris nostris, ut fructum ferremus morti. Nunc autem soluti sumus a lege morientes in eo, quo continebamur, ut seruiamus in nouitate spiritus, & non uetus state literae,

Q V A S I declarans, quid sit fructum ferre Deo, ostendit quid antea erat ferre fructum morti; quando carnalem uitam sequebamur, inquit, hoc enim est quod eramus in carne, cum carnis desideria, & commoda magni aestimabamus, in quibus discriminantis, & regendis autoritatem, & diligentiam omnem suam adhibet lex, tunc infectiones peccatorum, quae per legem sunt, id est, illa intentio, multiplicatioq; peccatorum, quae per occasionem legis in nobis facta est, quandoquidem per legem & unum quodque peccatum maiore culpa committitur, & plura id unum peccata necessario post sequuntur: ista ergo infectiones, pullulationesq; peccatorum operabantur in membris nostris, quod est, membra omnia nostra ad sibi succurrendum, inferuendumq; aduocabant. In quo attente inspicendum est uolentibus intelligere, qua ratione lex ansam praebat ad gratias, multipliciusq; delinquendum, hoc in his paucissimis uerbis ab Apostolo indicatum esse. Id porro nos sic explicemus: Omne peccatum si nulla sit posita lex, licet peccatum sit, Deumq; aut proximum dedecore, damnoue offendat: tamen si patetur, atq; admittatur, neque conscientiae morsus graues habebit, ut quod nulla lege reprehensum sit, neque demonstratum, neque prohibitum, neque terroribus animum perturbabit, nulla illi peccato poena in lege proposita, sed ipsum per selangue, & tacitu, atq; ad fodiendas stimulis curarum mentes nostras inerme terminabitur in se, expletasq; cupiditate, & libidine sua conquiescat: quod si accedit monitio, & doctrina aliquius grauius & authoritatem habentis uiri, qui demonstret & doceat, quam sit iniuriam & turpe iniuriam proximo facere, idemq; quod sit aquit, & rectum commoneat, suadeat abstineri a talibus, hortetur ut in pudore, & in officio quisque permaneat: hac iam accepta cognitaq; disciplina, si quis postea contra huiusmodi praecepta deliquerit, cum peccato grauiore deliquerit, quippe in quo praeter facinoris culpam, que in facinore ipso sita est, contemptus erit praecepti sanctioris fuerit additus, quod ipsum per se non leue est peccatum, tum uero intus sentiet reprehensiones quadam ueluti rationis acris ipsum obiurgantis, quod eam rem, quam prauam, & nefariam esse intelligeret, nihilominus suscepisset, neque bono in ea re confilio, sed incosulto positus cupiditati paruisse. Haec intestina rationis reprehensio nata iam ex monitionibus illis, que doctrinam dederant, recti, prauisq; internoscendi, & peccatum magis ut graue sit, & id magis etiam, ut intelligatur, facit; ut cum duplex quodammodo & geminatum peccatum

peccatum ex simplici, atq; uno sit factum, tum eius in anima infectio tanq; uibex, & uerberatio quedam illa ipsa infideat conscientiae obiurgatio, per quam peccatum ad nos intus perturbandoe uegetius redditum est. Quod si prater doctrinam, & uasionem lex feratur, quae poena peccato mortis, exiliij, ignominiaeq; proponat, non ne quot interdicta in lege posita sunt, tot fiunt accessiones magnitudini, gravitatiq; peccati, totq; in anima ex peccato ipso oriuntur infections, non morsus iam conscientiae solus, sed assidui metus, sed infestae suspiciones, cum diurnis nocturnisq; solicitudinibus urgenter, cum poemam pertinemcimus, cum ut eam effugiamus, aut fraudem aliam aliq; aut uim etiam suscipimus, & meditamur, nec peccati iam admisisti terrorem sine alio peccato excutere nos posse credimus. Atqui ista sunt pathemata, ut Paulus inquit, peccatorum, qua in membris nostris operantur, per quae peccatum nostris membris imperat, ut ad sibi succurrendu, & subueniendum omnia praestet sint. Lingua inficiando criminis ad periurum vocatur, oculi, atq; uultus simulationem suscipiunt, manus ad cædēm armantur, pedes expeditiunt ad effugiu, & corde omnia malitia consilia euocantur. Atq; hoc examen facinorū, & scelerum ē lege, & per legē in nobis coortum, totos nos corripit, & in seruitute redigit peccati, ut perturbationibus intestinis animi omnia membra nostra deseruire cogantur. Quorū quidem facinorū multo maxima parte, si lex nulla extixisset, potuissimus facile carere: horū nunc infectionibus uexati, atq; oppresi fructificamus morti: quo enim amplius inuoluumur in peccatis, hoc ius morti maius in nosmetipso tradimus. Atq; hanc peccati uelut hydram quandam multiplicata ex uno capite progenie numerosa & produxisse quodammodo uidetur, & aliusq; ipsa lex, eti legi hoc quidem non sua ipsius omnino culpa, & tamen aliqua culpa ipsius accidit, quae non hydram hanc forcundam ad plurimos factus edendos cupiditatē istam ipsum totā elicit ex animo, sed eam quidē cum reliquisset, frānis se quibusdā revere posse existimauit, ut non ultra ē permisum fore, illa progeretur. In quo & spe, & opinione sua lex decepta est. Quid enim, dixerit quispiā, qui legem illā tulit, num in opia consilii in hunc errorē lapsus est: minime ille uero, neque adeo labi potuit, sed cū ipse uerbis, sententijsq; humanis, atq; ipso sono, uoceq; literae terrena, & corpora populo proposuisset, spiritualia sub illis, & diuina uoluit intelligenti, ad quae intelligentia qui peruenissent, nucleumq; iam inuenient, cortice mox abſerent, neque in litera peccati, & mortis ampliatirice, sed in spiritu uiuificate ad Deum, & ad Dei iustitiam admiteretur. Quod nos per fidem C H R I S T I uere facimus, qui liberati à iugo legis & literæ, cupiditatē nostra morte, hoc est C H R I S T O in corpore peccati cōmortu, per quod corpus legi subiiciebamur, & per illud in potestate legis tenebamur, ad excitatum à mortuis iam C H R I S T V M sine prævaricatione nota confusigente seruimus Deo in nouitate spiritus, cuius mysterium modo patefactum est, non amplius in uetus state literæ, quae exauthorata, & dimissa iam obsoleuit.

Quid igitur dicemus: lex peccatum est: absit, sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam & cupiditatē non cognoscebam, nisi lex dixisset. Non concupisces. Occasionem autē capiens peccatum per præceptū peperit in me omnē cupiditatem. Absq; enim lege peccatum mortuum est. Ego uero uiuebam absq; lege aliquādo, adueniente autē præceptio peccatum reuixit, & ego mortuus sum, & repertum mihi est præceptū, quod erat ad uitam, id esse ad mortem: peccatum enim occasionem capiens per præceptū decepit me, & per præceptum ipsum me peremit. Quamobrē lex quidem sancta, & præceptum sanctum, & iustum, & bonum. Quod igitur bonū mihi factum est mors; absit, sed peccatum, ut appareat peccatum per bonum mihi parere mortem, ut fiat præter modum culpabile peccatum per præceptum.

H O C est, ut ab ultimis uerbis incipiamus interpretari, quoniam peccatum, quod per se si non incusat, neque ad supplicium uocetur, languidū, atq; iners minime menem atq; animum meum conturbabat, aduentu legis acris factum est, & ad inferenz

dam mihi mortem ualentius, Qua ratione manifestum fit, multiplicatū ex occasione precepti & maius ac uehemēti factum esse peccatum. Nam cū propositum Paulo sit omnibus modis elidere legē, qua obicem, & offendiculum fidei Č H R I S T I op̄ponebat, nec sinebat homines libere, ac soluto animo ad Č H R I S T V M se conserre, & ante eius inutilitatem noua fide aduecta, superstitionemq̄ declarauit, & nūc illud quoq̄ ex ea damnum, detrimentumq̄ monstrat, quād auctum est per eam potius, q̄ diminutum peccatum, neq̄ propterea tamen legem quis malam fuisse suscipiat, quip̄pe qua lata fuerit, ut remoueret peccatum, sed uitio peccantium ansam ipsa pr̄abuit grauius asperiusq̄ delinquenti. Nec uero video, cur tantopere pertimescant in his verbis Pauli nonnulli sancti uiri, ne arguere legem ipsi, atq̄ eam tanquam effectricem peccati accusare videantur, non enim uim, sentimq̄ Apostoli satis diligenter attendunt, qui quod caute, & honeste de lege loquitur, auribus Iudeorum dat, ut ne reprehensione legis nuda, atq̄ aperta illi incendantur: quā uero reiçit illā, atq̄ condemnat, cordibus uere illorum id nititur inquinare. Nihil enim magis ab Apostolo spectatū est, quam ut ab egle tanquam damnosa, inutilisq̄ Iudei receidentes omne studium pietatis in Č H R I S T O uno constituant. Atque hoc nos de lege tota dicimus, noxiā iam illam esse, & pestiferam, in Č H R I S T O credentibus, si uniuersa suscipiantur, & quatenus porrecta in litera est, à nobis obseruentur, licet partes ex ea aliquot in moris nostrī obseruantiam, si pergamini esse carnales, recte translatæ sint. Nam spiritualibus nobis, & in Č H R I S T O plena fide hærentibus in totum inutilis & superuacua est lex. Non enim eadem in illa præcepta, quae in Euangelio sunt, quando non ad eundem finem, non ad eandem spem utrobicq̄ sunt intenta. De quo in priore libro sat diximus. Verum eadem lex, si posthabito sono literæ ad spiritum, & mysterium uerae in Deum fidei, posthabendis terrenis omnibus traducta sit, sanctam illam semper & à nobis colegendam, uenerādamq̄ eflē prædicamus, quo uno illa modo ad fidem Č H R I S T I transitus gradusq̄ est, non ab eadem fide diuersio. Non igitur lex ipsa peccatum est, inquit Paulus, sed est indicatio demonstratioq̄ peccati. Non enim noscebam concupiscentiam, inquit, nisi lex dixisset. Non concupisces. Quod est in quadam parte concupiscendi à lege interdictum, nā uniuersam quidem cupiditatē, alit potius, & sicut, quam abſit lex, qua semper terrena bona, semper familias, & liberos, semper pluuias, & rores coeli, ad ubertatem frugū hominibus proponit. Sed uetus lex, quod fam alterius factum esset, id ab alio quopiam cōcupisci: Nec rem, inquiens, nec uxorem concupisces alienam. At per hoc præceptum, & interdictum legis, occasionē capiens peccatum amplificauit in me omnem cōcupiscentiam, quo autem pacto amplificauit: Quia ubi semel esset lapsa cupiditas sive errore, & incuria quāda, sive etiā malitia, quandoquidem ardenter, & pertinacius ad uerita contendere solemus, ubi quidem semel illa ad raptum, & ad libidinem se proieceret, multorum deinde facinorum comitatu necesse habui se cōmuniare, ac præter priorem illum contemptum legis, atq̄ præcepti, aliorum quoq̄ peccatorum, ut iam diximus, ingentem syluā secum trahere, quibus lex occasionem præbuisse uideretur; quoniam abſit lege peccatum mortuum est, inquit. Quid mortuum? non nē & sine lege mortiferum antea peccatum fuit, fuit enim uero, id enim & è paradiſo Adæ electio, & cōflagratio Sodoma, & ipsæ præcipue unde diluvii satis indicauere. Atq̄ ut ne de peccatis solum uoluntariis intelligamus, & his quā à malitia, & certo consilio profiscuntur, illud ipsum peccatum, quod ex patre primo Adam domesticum nobis, & natuū factum est, quod uel inuiti, uel ignorantē gerimus, ipsum illud, inquā, peccatum nobis est ad mortem, per quod natura, ut Apostolus ait, omnes filij iræ sumus. Ita semper quidem fuit peccatum causa mortis, sed leni, tacitoq̄ ueneno sic antea utebatur, ut cum uoluptrate quadam delaberemur ad mortem, morte autem utrāq; corporis, & animæ, quoniam in utrūq; inferendar mortis peccato est potestas. At post̄ aduenit lex, quā & monstravit, & prohibuit peccatum, pœnamq̄ illi insuper sanxit, tunc exorta sunt quāplurima ex peccato pathemata, quā nos uarijs modis perturbarent, metus, fugæ, latebrarū conquistiones, aliorū solicitationes, fraudes, caedes, infidiae, periuaria, & omnis illa scelerum manus, quā nocentem animū solita est comitari, insticta mōroribus, angoribus, diuinis, no

nis, nocturnisq̄ sollicitudinibus, quæ cuncta arma sunt peccati, ad dominandum membris nostris, mortis specimen diu ante nobis, & illius uim, terror emq̄ ostentantia, ad quam postrem mortē cum fuerit uentum, acerbore etiam illa multo, & tetrore excepimus, quām si ignari, quidnam esset peccatum, & nihil tale cogitantes ad eam sensim deuenissemus. Illo enim modo certe & quietiore traduxissemus uitā, & fuissimus morti leniori addiciti. Atqui tanta hæc acerbitas, multiplicatioq̄ peccati occasionem, atq̄ anfam ex lege acceptit, ex lege autem Moysis, nequaquam enim de hoc dubitandum est, nec quod de lege alia loquatur. Apostolus, existimandum, Sola enim ista lex ueram notionem peccati afferat. Cuius culpm, & crimen sola metiebatur ex ira, & offensione omnipotentis Dei, quod est unum peccare uere, & scelus, culpmq̄ suscipere. Quoniam abſit lege peccatum mortuum est, inquit. Ego autem abſit lege uiebam aliquando, quod intelligendum est de illa aetate, in quam ius legi adhuc nullū est, quod nec peccatum in illa, ut peccatum accipitur, & à pœni, sanctionibusq̄ legis immunis eadem aetas est, & libera, cuiusmodi pueritia, & illa principia inuenitis adolescentia sunt; idem enim est illa esse sine lege, & legem in ea ius non habere. Quod si ab unius hominis statu, atq̄ uita ad nationem totam Iudeorum, ratio similis transferenda est, id quod Apostolo est usitatum, & frequens, ab Abram usq; ad Moysēm, à populo Hebræum accipias quandū egit, & uixit sine lege, tempus illi huīs pueritiae accōmodes, quando in lege nondum eruditus, necq̄ admonitus ex ea, quid cauedum esset, & quid fecundum, peccati uim in se nullam, necq̄ ex eo molestia animi sentiebat. Vievebam ergo sine lege aliquando, hoc est, securō & tranquillo animo eram, nullis intus ex peccato stimulis, mortibusq̄ urgebar, quippe qui peccatum non cognoscabam, fructusq; hunc uita quietioris capiebam. At postquam aduenit præceptū, coepitq; lex habet in me potestatem, reuixit peccatum, & ego mortuus sum. Tunc peccatum accipit uim, tunc ex agnitione ipsa, uito tamen meo acrius & uehementius illud factum est, multisq; se circum fatellitibus instruxit, atq̄ ego sum mortuus, exturbata enim pace animi, atq̄ angoribus, & timoribus multis introductis, crimib; multiplicatis, atrox mihi imago mortis repræsentata est, coepitq; in me tanto ante mors uim, & ius suum exercere. Quod idem de cognitione peccati, & turbulenta, ppter hoc ipsum uita testatus est David, Quoniam iniquitatem meā ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Compertum est itaq; præceptum legis, quod datum mihi erat ad uitam, quod ego si custodissem, uitam eram habitus, quā & ut adipiscerer, idcirco mihi fuerat traditum; id, inquam, præceptum compertum est fuisse mihi ad mortem, non ipsum quidē ex se, necq̄ ex natura sua, sed meum uitium & peccatum, ex præcepto illo occasionem capiens, decepit me, quibus enim armis utendū erat ad salutem, & quē propter eam cauſam erant facta, ut ex illis ego uitā adipiscerer, ipsi illis armis peccatum me intererit. Nam præceptum quidē ad eam rem erat datum, ut tolleret peccatum, atq̄ ut excideret; quod cum facere non potuissem, coegerit illud increbescere, & diuincit enim resistendi cōtumacia, ac neglectui legis, ceterisq; ad effugendum pœna crimib; acerbitis, & maius, & impotentius factū peccatum est. Proinde lex quidem sancta est, & præceptū sanctum, iustumq; & bonum; id est, sanctū ipsum quidem ex se, & bonū, & ad bonum finem pertendens, si materiē sibi cōmodam, & tractabilem offendissem. Sed quoniam rebellem, & cōtumacem reperit, non solum ordinē illi, & formā affire non potuit, sed dedit cauſam quodam modo turbidius etiā, & deterius se habendi, sicut saepenumero in cataplasmatis usuuerit, quā eruptionibus pituita in corpore imposita, cū nō ad totam pituitā extenuandam uim habeant, sed illius impetū in aliqua parte corporis reprimere conetur, dant ferē cauſam, & motū pituitā, ut asperitus, & uiolentiū se ejiciat. De quibus quidē cataplasmatis, idem quod de præceptis legis dici potest, bona esse illa, & salutaria, & cōmoda, sed ipsam tamen pituitā occasionē ex illis interimēdi hominis cepisse, eadem similitudine bona lex, & iusta, sanctūq; præceptum, sed quia non uniuersam in animo cupiditatē excidit, aliquasq; eius partes duntaxat, extingueat, conata, idcirco & commouit magis, exasperauitq; cupiditatem, & occasionem illi attulit antī matūrius, acerbiusq; interimēdæ. Hoc sensu in Euangelio Dominus, Si nō ue-

nisiem, inquit, peccatum non habuissent. Quid ergo, aduentus Domini causa illis fuit peccati? Minime per se quidem, ipse enim uenerat, ut eos ab omni peccato eriperet, sed ipsorum neglectus, & contumacia, & aspernatio noscenda, amplectendaq; ueritatis gratius in illis peccatum ex aduentu C H R I S T I constituit. Ita non id quod bonum est, fit cuiquam mors, sed peccatum potius est, quod id bonum ad detrimentum, perniciemq; conuertit, quandoquidem ipsum peccatum contra bonum stando, idq; reiçendo, & conculando fit longe grauius, & culpabilius peccatum, quam si nullum ex aduerso bonum habuisset, contra quod tenderet, & ex cuius contentionis irritatum ipsum asperius fieret.

Scimus enim quod lex spiritualis est. Ego uero carneus sum, uenditus sub peccatum, nam quod operor, non cognosco. Non enim quod uolo, id ago: sed quod odi, id facio. Quod si quod nolo, id facio, consentio legi, quod bona. Nunc autem non amplius ego id operor, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quod non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nam uelle adest mihi, facere autem honestum non reperio. Non enim quod uolo, facio bonum: sed quod nolo malum id facio. Si uero, quod ego nolo, hoc facio, non iam ego id operor, sed id, quod in me habitat, peccatum.

P O S T E A Q V A M dixerat peccatum ex interdicto, & prohibitione legis ansam sibi acquisuisse, per quam ipsum grauius & deterius fieret, quæstioni tacita nunc occurrat. Potuit enim occurrere aliquis, & dicere, Cur ergo peccatur in id, quod lex prohibet, aut si omnino fuerat peccandum, quid ita data lex est, quæ auctura esset peccatum, & multiplicius id effectuaria? difficilis sane quæstio. Itaque respondet Apostolus, duasq; nostri partes esse ostendit, quarum partium alteri, & probata & accepta lex sit, altera pars sit legi, & parti illi, quæ cum lege facit, contumax & aduersaria. Quarum duarum partium inter se contentionem, atque pugnam exponere co[n]atur, hominem illum exprimens, qui ante aduentum gratia Dei, & c H R I S T I, in lege Moysis fuit, is enim maxime his certaminibus & prælijs carnis aduersus mentem erat expositus. Nec sane in hoc loco legi naturæ locus est, habebat illa quidem in se simulacra quædam certaminū huiusmodi, potius quam certamina, sed ueluti quæ nihil ad Deum penitus refereret, ad coitionem uero quandam hominum refinendam, & conseruandam studia sua dirigebat, & quicquid non esset contra societatem communem, liberum hominibus, & permisum relinquebat, admittebatq; libidines, nec ulla uitæ oblectamenta, quæ fraudi modo, & detrimento proximo non essent, ab se, & ab quotidiano cultu, uictricem suo reiçebat; non est ad uerum, & proprium legis non men illa lex naturæ applicanda, atque aptanda. Quapropter de lege Moysis oratio tota est, Quam quidem scimus legem, inquit, quod spiritualis est, id est, ei parti hominis edicta, & lata, quæ ex mente ratione, consitit. Sic enim spirituale hoc loco, ut cupiditat, & sensu, quæ magis corporeæ sunt affectiones, opponitur, intelligentiæ est; qualis interior homo est, qui non uidetur, nec tangitur, quod est proprium spiritus, ut distinguitur ab homine externo, & corporeo, qui sicut sensu, & ocu[li] subiectus est. Porro autem mens, & ratio spiritualis pars hominis, quæ sensum omnem corporis effugit, uerius, & dignius ipsa est homo, quam aut caro, aut qui in carne affectus sedem, & locum obtinent, cui ipsi parti potissimæ, & principi lex est præcipue lata, quæ instrueret mentem, atque eruditum generem illo scientiæ, per quod præcum illa à recto, bonum à malo, quodq; Deo gratum esset, ab eo, quod ingratum, sciret possetq; distinguere, & cù illud perfecui, quod probari Deo intelligeret; tum id uitare, quod esse illi odiosum, aduersariumq; arbitraretur. Spiritualis est igitur lex, quoniam huic parti lata est, quæ est longe aliena, & diffensiva à corpore, tum natura, tum etiam studijs ferè & uoluntatibus, per quam partem postea etiam in sensu, affectionesq; corporis dimanare legis uis & præceptu bene agendi, recte, & concupiscendi posuit. Sed ut nequaquam fuit difficile uinci à lege rationem & subiaci, ita illud

illud difficultum per rationem, & per legem, temeritatem carnis contundi, & comprixi. Obstat enim semper hic corporeus homo rationali homini, neque illi dictio patitur audiens esse, & cum in unam partem ab illo discedere fuisse est, in aliam, & diversam nequiter ipse contendit. quod cum facit, non ille menti eripit concordiam, & confessionem conuenienti cum lege, sed in seipso illius uim, & facultatem irritam facit, ut corporeo homini nequeat lex dominari, eo quod is & legi, & rationi cōtumax sit. Hunc utrumq; hominem in semetipso exprimens A postolus, tanquam uterque loquitur, & nunc se in parte carnis, nūc in spiritu ponit. Nouimus, inquietus, quod lex spiritualis est, hoc est menti, & rationi lata, & in ea imperium obtinens. Sed ego homo carneus sum, uenditus sub peccatum, mancipium factus peccati, cui caro ipsa me uendidit. Illa enim tantummodo id cogitans, quo pacto posset explere cupiditates suas, reliqui hominis in me rationem nullam duxit, sed uoluptatis pretio empta dedit peccato me poscidendum. Itaq; quod facio, non cognosco, cum ego seruo peccato, nō id agnosco meum, non mei illud iudicij, non liberae uoluntatis est: non enim, quod uolo, id ago, sed quod odi, id facio. Ita in utroque est uis, cum neque quod uolo, id agere mihi permisum est, & ad id, quod odi, faciendum detrudor. Sed in hac tamen diffensione apparet, si id quod ago, non agere magis uellem, quod ego interior homo uelut delicit, & ex ea parte qua spiritualis sum consentio legi, & eam approbo, atq; adscisco, tanquā bonam quod si contra eam ipsam ago, non iam is ego sum interior homo, qui legem frangam, sed est peccatum illud, quod habitat in me. Peccatum quod habitat, inquiet, cuius & fomes natura nobis insitus est, seminarium cupiditatū, & seditionum omnium, quod nequaquam à nobis auellere possumus, & ipsa deinde frequentatio, confirmatioq; peccati, quæ peccandi consuetudine in habitum moris adducitur, etiam contra legem est, & contra mentis rationem valentior. Atq; illa quidem naturalis carni hominis ad peccatum propensiæ præceptum illud legis aspernatur, quod est. Non concupisces. Habitus uero ipse peccandi, reliqua præterea omnia constituta legis, atq; mandata confundit, & dissipat, quod cum iniuria, & reluctante ratione sit, quod accidit fermè in ijs, qui scientia instruci ad cognitionē boni, maliq; sunt, ut non prorsus ruant, necq; ad delinquendum proieciant se, sed uia tacita quadam sensim eō pertrahantur, tunc est rationis & uoluntatis cum habiente in carneo homine peccato, dissidium, ut uoluntas quidem legem amplectatur, illiq; hærere cupiat, peccatum autem & legi, & uoluntati uim afferat. Non enim, inquit, in me, hoc est, in carne mea, habitat bonum. Nam si habitat et, cum ego bonum uelim, agerem id etiam. Quid ita autem non agor? Quia cum id cupio agere, non inuenio uitiam, quæ me eō deducat, q; & uia alia quadam distrahor, & lumini mentis mea quasdam intus tenebras offundi sentio, cum illa vaporibus, fumisq; cupiditatum turbata, atque aberrans, necq; consilium pristinum firmum, necq; rectam semitam amplius tenere scit.

Reperio igitur legem uolenti mihi facere bonum, quod mihi malum ap[er]ositum est, condelector enim legi Dei, secundum internum hominem: uerum aspicio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me dedentem legi peccati, quæ est in membris meis. Misericordia ego homo, quis me liberabit è corpore mortis huius? Gratias ago Deo per I E S U M Christum Dominum nostrum. Igitur idem ego mente quidem seruio legi Dei, carne autem legi peccati.

P E R G I T eundem statum demonstrare Iudæi hominis ex lege uitam agentis, in quo ista pugna mentis, & carnis assidua est, necq; ullo pacto potest ad concordiam contueri, quod in illa lege accidit, quia etiæ spiritu ac ratione lex instruebat: carni tamen bonam, & magnam partem relinquebat. Nam & diuitias magnificier permittebat, & connubia etiam plura non interdicebat, ea que à Domino Deo peti suadebat, quæ essent carni corporis accommodata, atque apta, ut pluvias, ut fertilitates, ut terræ fructus, ut familiarum, & armentorum sobolem, ac denique videbatur lex ita Deum Hebreis

Hebreis proponere colendum, non ut eum ipsius causa hi uenerarentur, sed ut ad sua terrena optata consequenda illius maiestate, & numine abuterentur. Et si nō hoc uitium omnino erat legis, sed error eorum, qui legem tantum ex uerbis, & literis at- tendebant, eueniēbat quidem illud necessariō, ut permisso semel cupiditatē regno, re- gī postea cupiditas, ac sustineri, uti uoluisset lex, minus facile posset. Reperio igitur, inquit, legem, quod uolenti mihi agere bonum, malum adiuuatum est, hunc, inquit, effectum in me legis, hanc doctrinam sentio, quod sc̄i iam discernere, & distinguere in memetipso aliud esse mei, quod assentiat legi, aliud, quod repugnet. Quod si non esset lex, nequaquam ego id animaduertissem, sed tortus inclinasse ad cupidita- tis nutum. Nam recti quidē, & honesti, quatenus cum Deo, & ex Deo ratio illius du- cenda est, incogitans suissem. Distinguo itaq; in memetipso, ex doctrina legis, & do- cente me lege, quod Dei lege delector secundum internum hominem rationalem, sp̄ia ritualemq; uidelicet, secundum autem externū & carnem, repugno legi mētis meā, quae eadem est & Dei lex, quando ipsi quidem legi Dei, mea mens assentitur, & ana- nuit, homo autem in me carnes, captiūm me redigit sub peccati. Nam quod hoc legis uocabulo, & in membris, & in peccato abusus est, nequaquam id est proprie di- cūm. Sed ut solemus dicere, Mammon dominiū, ac uentre Deum, non quod aut dominus ille, aut hic Deus: sed quia sunt, qui illis se se nūmū subiiciunt seruos; sic legem membrorum, & peccati, non quia ista lex, ut quae ē contrario omnī legum potius sit perturbatio, sed quod à multis peccato & carni nūmū inferuiatur. Ex le- ge itaq; hoc dīdici, inquit, ut discernerē, & nossem, cum cupio facere bonum, malum mihi adiacens, & appositorum esse, quod iam ante alijs uerbis dixerat, per legem scili- cet esse cognitionem peccati, iam cognoscō peccatum, video pugnam, intelligo quid inter sit, sed quis est tamē, qui me ex hac eruat, & liberet seditione, atq; pugna? Quis est, qui huic corpori mortis, & carni peccati, hoc est, his corporis & carnis meā inco- lis peccato, ac morti silentiū, pacemq; imponat? Et statim tanquam hic innuens, quod paulo post apertius est dicturus, nō esse hanc opem à lege expectandam, quoniam ea huius ferendi auxiliū facultatem nullam habeat, & ad eum le conuertens, qui solus potest iuuare: Gratias, inquit, ago Deo per I E S V M Christum D. N., is enim me li- berat Deus, nec per legem tamē, sed per I E S V M Christum. Nam ego quidem ut Iudeus in lege spem reponens unus, atque idem cum sim, mente quidem seruo legi Dei, carne autem inferuo legi peccati, ut autem per I E S V M Deo seruo, ne carne quidem subiūcior sub peccatum, & ab hac molestissima rixa, alsiuac̄ contentionē sum eruptus, quod in uerbis sequentibus latius declarat.

Nulla igitur nunc condemnatio his, qui in C H R I S T O Iesu, nō secun- dum carnem ambulant, sed secundum spiritū. Nam lex spiritus uitæ in C H R I S T O Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Quod enim impo- sibile erat in lege, & in quo illa impotens erat propter carnem, Deus suum ipsius filium mittens in similitudine carnis peccati, & ob peccatum condem- nauit peccatum in carne, ut correccio legis impleretur in nobis, qui non se- cundum carnem ambulamus, sed secundum spiritū.

H I C I V L I V S, Ad eum locum in Paulo uenimus iam, inquit, qui & fuit an- te semper, & futurus erat inexplicabilis, nī summū fidei nostræ mysterium hester- no die nobis Deus indicasset. Nam per Deum ipsum immortalem, quid aut uerbis his pressis, aut sententijs absconditius potis est quisquam cogitare, aut proferrer cum si illud unum dūtaxat hic opponatur, differi hic quidē de illa carnis rixa, quam nobis natura agnata, & pertrahentem nos sub dominatu peccati frangere, & supe- rare non potuit lex, quod eam C H R I S T V S à nobis remouit, atq; abſtulit: nullam tamen hic dari rationē, nec causam, quamobrem, & quo pacto hoc ita fuerit factum, præsertim cum experiamur quotidie fere omnes, qui in C H R I S T I etiam fide Deo subiecti sumus, carnem, carnisq; peccata in nobis locum habere, si hoc unum, ut dico, hic obij

hic obijciatur, queraturq; cur non idem potuerit lex, quæ & cognitionē peccati tra- didit, & uitari illud præcepit, & præterea præsentem quoq; penam nō obtemperan- ti apposuit, quod potuit C H R I S T V S, qui sine lege, sine ui, sine præsenti terrore damnationis, atq; mortis tantūmodo poenam & supplicium in illum extremum diem differens, carnis tamen peccati dicitur interemisse, qui uere, & clare respōdeat, & qui in his uerbis Pauli exponendis digitū recte queat progredi, profecto nemo reperiatur, nī si quis ad respondendum accedit illius cœlestis mysterii plena notione, intel- ligientiaq; instruēt. Itaq; uideo astus, laboresq; eorum, qui hunc locum interpretari comati sunt, tanquam in medijs fluctibus manus pedesq; agitantū, quod se aliquando eximere ē tanto pelago, & uindicare in aliquā terrā possint, quorū tamen sedulitas no- bis nō est infructuosa. Fecerit enim illi suo labore, atq; cura, ut & leuior noster labor, & uehemētius in nobis studiū inquirēdā, ac nōcendā ueritatis existēret; uerum illi partim conuerſi ad prædicandam magnitudinem diuinī beneficij, quod quidē iure, ac merito faciūt, dignasq; in eo Deo gratias, & debita laudum præconia tribuētes, illud, quod unum maxime noster audire, & nosse expetit anūs, quodq; unū ad dissoluē- das omnes quaestiones aptum, appolitumq; est, quare hoc gratia magis ex Euāgelio nobis cōtigerit, quām ex lege, tanquam cōpertum omnibus pratermittunt, quod ab omnibus maxime ignoratur. Partim quandā uelut rationē reddere se credūt, quod in lege nostro ipsorū arbitrio, & noſtris dūntaxat uiribus reliqui, expertes in ea, eramus eius gratia, quam nobis per Christum Deus cōmunicauit, & contulit, quāf non hu- ius ipsius ratio sit querenda, quid ita in lege expertes sua gratia nos uoluerit Deus. At ego tua hesterni diei disputatione edocēs, & quod summū mihi fidei Christi my- steriū id plane demōstrasti, in quo præiuit nobis Christus, & perspicue uia patet, ut cōtemneremus, relinqueremusq; mundanas cupiditates, atq; ea, quæ sensibus per- cipi, & corpore cōrectari possunt, in minimis haberemus; appetere autem magis speraremusq; cœlestia, quæ nec cerni possunt, nec tangi; atq; horū spem potiundorū, in uno Deo totā cōstitueremus, cum & quae hāc uita seca, hocq; Christianaz propo- situm uoluntatis premia sequerētur, C H R I S T V S ipse surrectione ad immortalem iam uitā, & ascensione in coelum sua nobis ostendisset; cum hoc, inquam, uerissimum, altissimumq; Christi mysteriū patefactū mihi sit, facile iam ego possim rationē red- dere, cur nō potuerit lex: fides autē in Christo posuit temeritates, & petulantias car- nis in nobis cohībere. Etenim fini cōmutato, & alio inducto genere sanctioris, & ue- riōris, ac flagratiōis etiā cupiditatēs, pristina illa carnis cupiditas deflexa ad mūdum cōcidat, & intereat necesse est ut etiā li interdū quasi de improviso capiti, deprehensiōq; in delinquento labīmur, ab illo tamen proposito delinquenti, & ab omni cogitatione in terrenis rebus infixa penitus abhorreamus, atq; ita uel peccati totū nobis, uel sal- tem animi seruitus, per quā peccato es subiecta est, sit ablata, atq; erepta; quod tamē contingere nemini potest, nīcū cum Christo in carne cōmoranti, & cum eodem à mor- tuis excitato, in ciuile societate spiritus mox uiuentī, illud tantū ex te quārō, quam obrem Paulus hoc fidei mysteriū, quod Christus est, non ita aperte ubiq; expouerit, ut omnibus esset in prōptu, neu necesse nobis foret per tot mysticas, & arduas uerbo- rum, rerumq; intelligētias in id scrutādo & inuestigando peruenire. Q U O N I A M , inquam, Iuli idipsum, quod fecit Christus, idem illud Paulus in fēmetipso retulit, atq; offendit, qui mysteriū fidei & uita docuit, & factis, ipse enim terrena item, & mundana omnia contempndo, & quō alijs esset usui, atq; saluti, salutis sua ipse & cōmodorum suorū rationē nullam duendo, tum autē tendēdo ad superna, atq; cœlestia, illorumq; spem affequendorum in Deo uno collocando, plāniū multo cognitu, illuſtriusq; fa- ciebat fidei mysteriū, quam si illud lingua, & uerbis tantūmodo explanasset. Quan- quā & satis, ut mihi quidē uidetur, in iphiis epistolis, & scriptis non modo facta huius doctrinæ semina, sed etiā fruges lectissimæ, & optimæ eductæ sunt: ut in his iphiis uer- bis, quā modo recitata sunt, aperte patet, & perspicue, ut cum se dicit spernere omnia, quæ cernuntur, tanquam mortalia, & quæ non cernuntur, appetere, quod ea sint sem- piterna, uel cum ex oppressionibus spem confirmari fidelū testatur, uel cū gloriatur incommodis, quæ pro Christo plurima perpessus est, uel cum in hanc sententiā sepe

P loquitur,

loquitur, ueritatem esse in Christo, deponere nos ueterem hominem corruptum, secundum cupiditates, & renouari spiritu mentis, induereque nouum hominem secundum Deum conditum in iustitia, & sanctitate ueritatis. Ac si uerum proferre uolumus, totus potius Paulus mysterij est declaratio, quā ut in eius aliquot uerbis debeamus querere, uenariā mysterium. Sed ut ad ea mihi frater reuerteretur, quae ad intelligentiam horum Pauli uerborum, quae tu iure difficultim esse dixisti, apta, appositaque sunt: uides profectō ipse hoc, ut tu inquis, fidei mysterio eductus, nullo modo potuisse legē, hæc carnis uitia comprimere, iubendo, aut uetando, quae facilime comprimat fidei uitium. Cuius importatia, & imbecillitas in lege illa est ratio, quod lex quamvis spiritualis sit, hoc est, eius nostra pars causa lata, quam interiorē in nobis hominem dicimus, is enim spiritus est corpori dissimilimus natura, atque substantia: atque ut ipsa nobis indaret, atque offendere, in quo esset error, & culpa, & peccatum, id est ut discerneremus, ac uifaremus, instrueret; tamen non usq; eo fuit spiritualis, ut nos totos ad ea euocaret, quae cognata, & propria sunt spiritus. Sed cum in carnalibus, & terrenis nos uersari permitteret, spiritum, hoc estrationem, mentemque nostram ueluti ministrum subiecit corpori, & carni, ut in illius tantū affectionibus, motibusq; diligendis, & gubernandis esset occupata; ipsa autem ex se nihil sibi celeste, neque diuinum proponeret, ad quod solum contendere, & in quo summa constitueret beatitudinis sua. Itaque quemadmodum auriga, qui frenandis & cohimbendis equis appositus est, aut gubernator qui nauis inter fluctus diligendā praefuit, nullam unquam artem tam exquisitā, tam certam posuit reperire, qua fretus, non solum graue tempestatum casus, sed etiam quotidiana omnium horarum pericula uitaturū se confideret; sic illi Mosaicæ cōtigit legi, ut dum sancto illa quidem, sed tamen terreno, humiliq; consilio aliorum peccatis obuiam ire uult, efficeretur ipsa magis occasio peccati, quando ad carnis uitia, atque culpas, quas tollere illa non potuit, accessit etiam prævaricatio. Nil igitur mirū, si nequiuī lex hominem carnalibus studijs deditū, frenare, & coercere. At fides C H R I S T I, quae hominem totum excitauit ē terra, & à mortalibus, interitusq; bonis curandis, atque exceptandis, ac celestia, & immortalia desideranda bona transfluit, utq; horum terrestrium, fôrdes, dignobilitatemq; cōtempnens illorum diuinorum præstantiam, nobilitatemq; adamaret, doctore Christo persuasit, atque impulit. Quid mirum, si ea nullū peccato, & carni reliquit locum, quō illud in carne confidere, & dominari aduersus spiritum, uitamque possit. Atq; cum de Iudæorū statu, & eorum, qui legem colebat, proxime dixisset Paulus, rixamq; in illis carnis atque mentis sua ipse in persona, ante oculos exposuisset, nunc ad uere Christiani hominis statu, & conditionem demonstrandam se confert. Nulla, inquiens, his est cōdemnatione qui sunt in Christo I E S V, qui nō secundum carnē ambulant, sed secundum spiritū. Nam hi neque legi subiecti, ut qui mīdo, & carni, & terrenis omnibus mortui sunt, nec ius in eos lex, nec potestate ullam obtinet iudicandi, atq; damnandi; sub regnum enim spiritus, & uite in Christo leui transiunt, quam nimis uitam, neque dare, aut dimittere nobis, neque item auferre potest lex. Non enim absoluimur, neque condemnamur per legē, quicunque in spiritu ambulamus. Nam lex spiritus uita in Christo I E S V, inquit, legem hic non suo nomine appellat, sed uocabulo abutens, ut Mosaicæ legi par uerbū legis in spiritu referat, quod est Apostolo uisitatum. Nam uerere spiritu totum amoris est, & voluntarium unicuique legis autem est iubere, & uetare, id est agere pro imperio, & minas quoque ac metu peccata adhibere. Lex ergo spiritus uita in C H R I S T O liberauit me à lege peccati, atque mortis, id est, illa spiritus uita, qua ego post obitum morti cum Christo, per quam mundo, & carni fui peremptus, cum eodem mox Christo ad uitam iustitiae suscitatus sum, ut uitiam posthac Deo, & nō mundo; ista inquam suscitatio, per Christum mihi cōmunicata ad spiritualem iam degendam uitam, liberum me reddit à lege peccati, atque mortis. Jam enim in me neque peccato potestas est, nec per peccatum morti, neque adeo ipsi quoque Mosaicæ legi, qua est his utrisque posita, & ut peccatum nobis demonstrat uidelicet atque arguat, & ut peccato mortem poemam, nisi cauerimus, irroget. Ab ipsa enim tota lege per hanc iustitiae uitam fam sum liberatus. Sicut enim Christi morte in carne illi obiit, ego in uoluntate mea, & in proposito animi imitor, quod carnem meam unā cum illius

illis mortuam peccato uolo, sic & ciudem resurrectionem imitatione assequor, cum ad spiritualem iustitiae uitam cū eo ipso una excitor, atq; confurgo. Quo in statu iam mihi consistenti neque peccatum, neque mors, & propterea neque lex potest dominari. Quod enim impossibile erat in lege, & in quo illa impotens erat propter carnē, propter carnem, inquit, impotens erat lex liberare nos à peccato, quod exprimerē non potuit clausus, quām imbecillitatem propter carnem legi attribuere. Quoniam enim lex carni suum regnum, & cupiditates suas terrenas relinquēbat, illas autem ipsa regere bono more duntaxat, & metu eas poena ex Deo, atq; item ex se moderari nitebatur, ad tollendum totum ex homine peccatum, nequaquam ea uirium sati habere poterat. Deus uero misso filio suo, in similitudine carni peccati, uera quidem in carne misit filium suum Deus, sed in hoc tantum simili carni nostræ, quod insitum, inhæretur peccatum sicuti habet nostra, illa C H R I S T I caro non habebat. Integra enim erat, neque ex Adam producta, è quo nos qui procerissimus, infectam peccati uitio carnē cuncti retinemus. Ita similitudinem illa in hoc quidem humanae carnis gerebat, ac non candem omnino carnem, in ceteris uero nihil nostra à carne neque natura, neque infirmitate illa caro differebat. Nata enim erat & ipsa, atque facta ad externas accipiendoas iniurias, unamq; in eo, atque tandem cum carne nostra rationem communicabat, ad inferendas autem, & faciendas iniquitatem; ad quod nostra nimis quidem prompta, & propemodum præcepis semper est caro, quae non solum extrā, uerum etiam intus obsecrandio rationi graues aliud pugnas, & quotidiana prælia nullo iure cōcitat. Misso igitur in similitudine carni peccati filio suo, & ob peccatum misso, hoc enim est, quod in Graeco est scriptum, ἐπει τὸν ἄμαρτλον, οὐκέτι αὐτῷ μαρτυρεῖ: hoc est. Si detur pro peccato anima nostra. Itaque misso filio suo in similitudine carni peccati, & pro peccato, aut ob peccatum misso, hoc est, quia peccatum erat, quia pollebat, dominabaturq; peccatum, ita & missionem filij ab Deo, & modum, quo modo missus, quod in carne simili huic peccatrici carni in mundū est destinatus, & causam, cur eum Deus miserit, misit enim ob peccatum, ut obuiā fret, prouideretq; peccato, ne id omnia ad se traheret, atque conuerteret, ac effectu quoq; illius missionis ostendit, quod in carne sua simili carni peccati condemnavit peccatum in carne. Illud enim peccatum, quod propter carnem irritam uitam legis in nobis faciebat, nosq; sanctis monitis eius, obtemperare nō sinebat, illud, inquam, peccatum suscepta carne nostra, & cruci mortis addicta, in carne ipse peremuit, quatenus nos extintis in carne nostra cupiditatibus deceptiōis, totos ad cupiditates transfluit ueritatis, ut correcō, inquit, legis impletatur in nobis. Nam & sic necesse est uerbum Graecum, Αναγενερωση correctionem uerti. Non enim intendebat lex nos sic dirigere, ut omisissis omnibus mundanis cupiditatibus, cōcelestis tantum curas, cupiditatesq; sectaremur; hoc enim non legis, sed fidei C H R I S T I est proprium, nisi & ipsa lex in sensum fidei spiritualiter accipiatur. Sed intendebat lex nobis in mundo, carneque uerantibus, modum tamē quendam cupiditatibus, & ordinem adhibere, in quo opinione sua longe decepta fuit. Itaque hinc errorem legis, hanc diminutionem illius, tum authoritatem, tum consilij correxit in nobis fides, quae totos nos ex ipsa carne eicit, atque extulit, ut exemplo Christi, & diuinæ illius doctrinae documento instruci in spiritu iam deinde, non in carne amplius ambularemus. De quo ad Galatas hanc distinctionem legis, & C H R I S T I, Iudei, & fidelis, ac utriusque statum breuiter ostendit: Spiritu ambulate, inquit, & cupiditate carnis non explebitis. Atque hoc Christianum est; mox alterum, quod sequitur iam Iudeicum. Nam caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem, opponunturq; inter se, ut ne qua uelitis, ea faciatis. Vides ne quod pluribus uerbis paulo ante disputatione certamen, & rixā in homine ex lege dirigente terrenas cupiditates ante oculos expones, id est paucioribus ad Galatas uerbis ab eo esse expressum?

Atque ideo etiam ibidem adiecit: Quod si spiritu agimini, non estis sub legem, euaserunt enim ex lege, & imperio legis, qui dimisit carnalibus, in quibus maxime elaborat lex, ad spiritum se, & ad spiritualem uitam contulerunt.

Qui enim secundum carnem sunt, ea quae sunt carnis student: qui autem secundum spiritum, ea, quae sunt spiritus. Nam studium carnis, mors est; studium autem spiritus, uita, atque pax. Ideo studium carnis inimicitia est in Deum. Legi enim Dei illud non subiicitur, neque adeo potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus Dei habitat in uobis. Si quis autem spiritum C H R I S T I non habet, hic non est eius. Si uero Christus in uobis, corpus quidem mortuum est ad peccatum: spiritus autem uita, ad iustitiam.

P E R G I T in eodem Apostolus insister argumento, ut qui in spiritu sunt, & qui in carne, distinguit, & utrumque fructum, finemque demonstrat: Qui secundum carnem sunt, inquieti, qui uias carnis insitunt, illi ea meditantur, quae sunt carnis, caro porrò in terram est conuersa, & prona, ergo eorum meditatio tota terrena est. Qui uero in spiritu sunt, qui ad naturam spiritus se referunt, quae nequaquam corporea, neque sensibilia est, illi ea meditantur, quae sunt spiritus: spiritus autem in sublime se effert, amat, & appetit cognitionem suam, quae celestis, & immortalis, & nuda omni corpore est; ergo horum meditatio in celo & Deo fixa est. Ita meditatio carnis mors est. Cum enim caro tendat, & inclinet ad ea appetenda, quae caduca sunt, & diuflare non possunt, eaque ut cognata, & familiaria diligat, & ipsa necessario cum meditacione sua, & item illa, ab ea quae appetuntur corruptibilis sunt, & fini, mortali, addicta atque nata. Meditatio autem spiritus, quae in coelestibus uersatur, uita est, & pax. Nam & in his haeret, quae immortalis sunt, tanquam cognatis, in quibus & ipsa perpetuo uiuit, & pacis fructu potitur, quod neque mortus ullus conscientia sentit, qui latitanus animi, quod in uoluptatibus carnis contingit, intus illi faciant amarorem, & cum summo bono, ipso nimurum Deo, pace, & concordia semper iuncta est. Nihil enim uult, quod non ex ipso, & per ipsum, uel potius, quod non ipse Deus sit. Atque ideo meditatio carnis inimicitia est in Deum: auertit enim ab eo, & ad contrarias partes reuocat, atque diuellit, quod est proprium inimicorum, & eorum, qui cupiunt obesse. Contraria porrò sunt terrena coelestibus, infima summis, inquit in mundis, caduca immortalibus. Quarum quidem deteriorum cura, & meditatio, quae carni sua, & peculiari est, nec unquam subiecta est legi Dei, neque uero etiam potest subiici, ex aduersario enim genere, & penitus alieno tota confusa est. Itaque qui in ea ipsa carnis uoluntate consistunt, nequeunt Deo placere, quandoquidem hi se ad infensas Deo, & inimicas potius dant partes. Sed quod ait legi Dei non posse subiici meditationem carnis, cum de lege Moysis intelligendum est, que in hoc praecipuo uno opere occupata, ut carnem sibi subigeret, nunquam tamen potuit illius feram, indomitamque naturam ad mactuendum, modestiamque redigere: tum etiam legem Dei, ipsum illum spiritualem uiuentem modum, ordinemque describit, a quo etiam magis caro remota est. Vos autem eius non in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus Dei habitat in uobis. In illis dicitur spiritus Dei habitare, quorum spiritus cum Deo, & Dei spiritu coniunctus amore fertur in Deum, ut idem uelut cum Deo, & consentiens illi sit. Spiritus enim illi Dei, diuinus amor est. Porro qui huiusmodi sunt, nihil cum carne, carnisque desiderijs, commercijs, aut rationis habent, aut si habent, neceſſe est, ut tantum se distrauant a Deo, quantum studij, & amoris in carnis studia conferunt. In quibus igitur habitat Dei spiritus, hi non sunt in carne iam illi quidem, sed in spiritu, qui hoc modo sponsor est nobis, & arrabo futuorum bonorum, & benevolentiae Dei summi erga nos, ut supra Paulus, & Ioannes alibi, quæ dicit, In hoc scimus, quoniam Deus manet in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Quod si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Nunc spiritum Christi, pauloante Dei, quoniam unus, atque idem

idem omnino spiritus est, & in eo tamen diuisa est erga nos operatio. Nam spiritum Dei magis agnoscimus in surrectione nostra ad iustitiam, & in fini ipso rerum diuinorum, aternarumque, quas petimus; Christi autem spiritum, & in hoc, & ite magis proprie in illo, quod carnem peccato mortuam continentem. Hac enim ex parte propria est actio in nobis spiritus Christi, ex qua tamen ad illam alteram partem fit transitus; ideoque qui hunc Christi spiritum non habet, is non est Christi, & quod necessiter praeterea etiam est, non est de Dei. Non potest enim surgere ad uitam, & ad iustitiam, qui non prius obseruit peccato carnis mortem. At quinam est spiritus c H R I S T I? & in quoniam inest C H R I S T V S. In eo, inquit, cui corpus mortuum est propter peccatum; id est, ut ne peccet, mortuum est. Et ad hunc effectum non peccandi mortuum, & cui spiritus uita est propter iustitiam, quod est, qui uisit spiritualiter omnium beatitudinem, atque uirtutem, in eaque uirtute, Dei iustitiam, diuinamque beatitudinem imitatione assequi conatur. Atque hic quoque in his uerbis satius expressum est fidei Christi mysterium, quanquam Apostolus compresse & suo more locutus est. Est igitur is Christi, & in eo Christus est, qui corpus habet mortuum peccato, & spiritum uiuentem habet, non cuiuslibet curae, neque humanae cogitationi, sed assequendae, & imitandae iustitiae summi Dei, ad quam iustitiam cum surrectione Christi is quoque consurrexit.

Si uero spiritus eius, qui excitauit I E S V M ē mortuis habitat in nobis, qui excitauit C H R I S T V M ē mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uera per inhabitantem ipsius spiritum in uobis.

H A E C accessio ad ea, quae ante dicta sunt à Paulo apposita est, ut quod de morte corporis, & de uita spiritus mentionem modo fecit, ne existimarent legentes totū esse quod in C H R I S T I fide ab Deo nobis ostentatum sit, & propositum, quod immortales quidem spiritu, & anima futuri esse, corpore autem mortui, remouet statim dubitationem hanc, & futuram corporum resurrectionem ostendit, causamque, & rationem effert. Quod si spiritus Dei, is enim C H R I S T V M Deus excitauit a mortuis, in nobis habitauerit, hoc est, si anima nostra proprium domicilium Dei fuerit, si nulla pars anima diffluet a Deo, neque in alienas curas, alienos ue amores se deflexerit, sed haeredit omni sua cupiditate, & appetitione in summo Deo, sic enim illum in se inhabitantem continet, cum nihil, quod non ex illo sit, spiritus nostrus cogitat, aut appetet. Si igitur is Dei spiritus habitauerit in nobis, qui excitauit I E S V M ē mortuis, Deus is ille ipse mortalia quoque nostra corpora ad uitam excitabit per inhabitantem illum suum in nobis spiritum, qui non patietur corpora in perpetuum iacere, quando ipse Dei spiritus maiorem nixum, atque uicem in celum, uitamque tendit, quam ut queat in terra a corpore retineri & deprimit: ad eam autem uitam excitabit, quae cum eodem semper Dei spiritu cohærens sit futura. Namque hec propria futura est spiritus Dei in nostris corporibus excitatio, siquidem omnia passim humana corpora excitabuntur, neque in omnibus tamen fuerit inhabitans Dei spiritus. Verum illa corporum vulgaris excitatio immissione anima in quodque corpus sua facienda est, quae cum per se uitam anima deferat, reuocata in corpus uitam statim suam cum illo communicabit. Sed quae anima Deo ita coniuncta fuerit, ut spiritum suum aluerit, & conformari spiritui omnipotentis Dei, scilicet ipsam Deo habitaculum præbuerit, illa in corpus rediens, non suum solum corpori, sed & illam spiritus Dei uitam insinuabit, atque inferet, quae erit ipsi Deo similitudine, imitationeque propinquia. Non uitet enim modo illud corpus, sed & beate uiuet, & Dei consuetudine perpetua, amicitiaque perfuerit, quod carteris corporibus non cōtingit, quae fuerint animabus tantum suis abscis Dei spiritu in uitam restituta, & reposita.

Quapropter fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus. Nam si secundum carnem uiuat, debetis mori: si autem spiritu actiones corporis perimitis, uiuetis. Quotquot enim spiritu Dei ducuntur, hi sunt filii Dei. Non enim cepistis spiritu seruitutis, rursus in formidinem.

Sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus abba pater. Ipse spiritus contestatur spiritui nostro, quod sumus filii Dei; si autem filii, & haeredes: haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi.

**D E B I T O R E S** sumus, non carni, inquit, ut secundum illam uiuamus, id est, nihil debemus carni, ut ad illius nutum uiuere debeamus; nullo enim illa beneficio sibi nos obstringit, sed inducit potius in fraudem, ut quae interitum & mortem suis secta toribus offerat: debemus autem spiritui, a quo uero beneficio, summoq; afficiuntur, quod ab eo uitam, & immortalitatem obtinemus. Si igitur uolumus uiuere, si nos de lecta uita, huncq; uiuendi fructum proprium, & perpetuum tenere cupimus, spiritu actiones corporis perimamus, eas scilicet in quibus corpus spiritui repugnat. Has enim si interemerimus, cum haec nobis mortem accersant, & cōcident, mortem ipsam in nobis interemptam habemus, extabitq; & eminebit spiritus uita, quae illi semper comes, & consuncta est, in hoc quidem seculo operatrix iustitia, in altero uero aeterna beatitudinis asecutrix. Quicunq; enim, inquit, spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Ecce immortalitatis & beatitudinis nostrae rationem. Cum enim necesse sit, ut aut Dei spiritum habeamus in nobis, aut spiritum mundi, si eū spiritu mundi conflatum, & conspirantem spiritum nostrum habuerimus, filii mundi nominabimur, & illi erimus tanquam filii patri subiecti, & obedientes, aut potius, ut domino serui parerebimus, iniqua enim illius, iniustaq; imperia & suscipiemus, & exequemur, quod est, ut seruient tyranno, non ut parenti obedientium ministerium. Si uero spiritus nostrum cum Dei spiritu copulauerimus, patrem nobis uere noscemos esse Deum, etenim illius madara, atq; imperia omnia nobis ad salutem, ad latitudinem, ad uitam esse experiemur, ipsiusq; indulgentiam erga nos intelligemus. Quae Dei nobiscum, ut patris cognatio ex fide. C H R I S T I nobis peculiaris est. Namque Iudei, qui utruncq; & Deum, & mundum adsciscabant, duosq; sibi dominos confusa mente commiscebant, magis tamen erant filii mundi, quam Dei. Etenim mundum quidem amabant ipsum, appetebantq; eius bona, atq; in illis fructum uita constituebant; Dei autem metu & timore ad suas frandas cupiditates adducebantur. Ideo enim uerebantur, & cauebant Deum laedere, ne ab eo terrena possessione priuarentur. Sed tamen quoniam & ipsi spiritu Dei educeti ex Aegypto, & in solitudine custoditi, & lege instructi sunt, ne de eis quoq; intelligeretur filios Dei, sicut nos sumus, item illos esse, quoniam & ipsi spiritu Dei quodammodo ducti sunt, ideo subiunxit Apostolus, nos non accepisse spiritum seruitus rursus in formidinem, sed accepisse spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba pater, qua eadem geminata paternae appellationis uoce, in Marco ad patrem utitur I E S V S, & utrumq; nomen patris est, alterum Syra, Hebraeq;, alterum Græca, & Latina lingua, ut Deum communem patrem omnibus esse ostendat. Ac nos quidem in quotidianis nostris ab Deum precibus primo statim effatu patre illum inuocamus, ab ipso I E S V Christo admoniti, ac edociti. Sed & affectus quidam animi est interior, qui Deum non solum nominat sibi, sed cognoscit etiam patrem. De quo esti hesterno die non pauca diximus; tamen hic quoq; aliqua dicenda sunt, ut uirtutem fidei nostræ, & beneficia I E S V Christi saepius nobis in memoriam reducamus. Pater quidem ergo omnibus nobis Deus est, quatenus semen cognatiōnis, cum illo in nobis obtainemus, quod ad similitudinem ipsius fuimus creati. Sed & Adam pater est omnibus nobis, quod naturam nostram, atq; substantiam hunc animalē uidelicet hominem totum ex illo hausimus. Est enim ita de eo scriptum: Et factus est primus homo Adam in animam uiuentem. Homo igitur animalis, hoc est, qui anima, & uita tantum nititur, cuius omnia officia sunt ad eum finem, ut hanc uitam mortalem custodiatur, illius terreni homini Adæ, ut ipse ad Corinthios Paulus scribit, filius est, qui semen præstantioris suæ cognitionis cum Deo, aut non attendens in semetipso, aut despiciens, carni, & corpori se se ferendum totum dat, illisq; foventis & explendis omnem diligentiam adhibet, qui huiuscmodi homo morti omnino addictus est, sic moriturus, ut non unquam amplius talis exurgat. Sed in ipso homine post aduentum adulteræ fam rationis, si diuinum semen illud & cognatio cū Deo fuerit

fuerit animaduersa, & cognita, statueritq; qui animaduerterit, Deum patrem recognoscere, & in illo spes suas ponere, tunc duplex illi uia, & ratio proposita erit, una in lege Moysis, altera in fide C H R I S T I. Lex Moysis Deum sic patrem colentibus eum proponit, ut non ipsum tamen filij, neque illius non uisa, & sensibus non recepta bona, sed ea, quae sentiuntur, & cernuntur ab eo optanda esse doceat, atque ut eorum adipiscendorum authorem sibi Deum uelint esse, illos admonet, quem patria quadam indulgentia erga eos præditum suscepturnum illorum curam, tanquam filorum patrem prædicat, & in promissam terram mel, & lac fluentem illos deducturum, pluuiasq; illis tempestivis, & fructus annuos producturum. Atque hic primus aditus est, atque ingressus ad tribuendum Deo honorem, tanquam patri, propter quam causam in ueteri scriptura Iudei filii Dei sapientiō appellantur, & quidem ab ipso imprimis Deo, ut cum ait: Ego dixi, dī estis, & filii altissimi omnes. Vel cum: Ego filios genui, & extuli, & primogenitus meus Israël. Idem quoque Moyses ad populum arguens, & increpans: Deum qui te genuit, dereliquisti. Et Malachias: Deus unus est, & pater omnium uestrum, quod in persona Dei Hieremias: Patrem uocabis me, inquit. Vel cum dominus dicit de stirpe Dauid: Ego ero illi in patrem, & ipse mihi in filium. Iudei quoque C H R I S T O de semetipisis: Nos unum patrem habemus Deum. Ex quibus omnibus manifestum fit, eos filios Dei iam rite nominari, qui Deum unum authorem suum agnoscunt, & uenerantur. Sed ut contingit in pueris, qui etiā parentes suos nouere, illisq; blandiri, & habere honorem didicerunt: non id tamen agunt parentum causa, neque quod illorum uoluntati penitus uelint esse obtemperantes; sed ut per cultus illos, ac blādities aliquid carum rerum à parentibus conseq̄uantur, quas artas illa concipiunt, propter quam causam etiam metu, & minis coēcendi sunt, ne affectionibus illisq; induci, in praua fortasse studia incidunt, & malis moribus imbuantur: Sic accidit Iudeis, ut illum spiritum Dei, quem ad Deum unum colendum, cognoscendumq; acceperant, non in amore ac ciperent, sed in metu, & formidine; ideoq; spiritum eum seruitur appellat Paulus, Amare enim uere non poterat Deum, quem idēco amare præferebant, ut ea, quae magis amabant, alia ab Deo, atque diuersa, per eum conseq̄uerentur: & in illis ipsis expetendis ac potiundis, quae amabant, ne grauius ruerent, proximumq; saepe alliderent, pecnis erant propolitis, minisq; coēcendi. Filii ergo illi Dei, sed tanquam pueri effigiem solum Dei inchoatam, ac rudem in seip̄is deferentes, qui si postquam uiri facti essent, & animo, & studijs patrem uoluiscent imitari, atq; illi penitus se conformare, & tradere, neque extra eum aliorum hereditatem honorum ex alijs parentibus constituiscent querere, uerum & integrum nomen filiorum fuissent meriti. Non enim puerili affectu quodam, sed stabili, grauiq; iudicio Deum patrem percoluisserunt. Et quoniam ad hanc spem, huncq; finem alebantur de principio ab ipso Deo, atque instituebantur, statim a primo filii uocati coēpti sunt. Atque ideo Paulus conditionem nostram ab illorum conditione seiuagens, ait nos non ita accepisse spiritum Dei, ut nobis ueluti seruis ad timorem, formidinemq; sit, quemadmodum quidem Iudeis fuit: sed ita accepisse, ut ingenui, & liberi in filios Dei adoptati paternæ una nomen necessitudinis, & amorem, ac sanctitatem eam, quae ei nominis debatur, sucepterimus, atq; ut in his adoptionibus, que inter homines legibus sunt, qui ex uno genere adoptatur in aliud genus, emancipatus a priore patre in alterius transit potestate, nomenq; nouum fert, & mores, gentem sacraq; commutat, fitq; totus eius pater, cui se dederit adoptandū, & ex eo iam dependet, honorumq; illius expectat hereditatem; sic nos dimisso patre mūdo, genus Adæ reiuentes renuimus esse animales, illamq; corporeorum, & terrenorū honorum hereditatem, quae ab genere illo nobis ueniebat, repudiamus, & ab̄iūcimus, solaq; ea bona expectamus, quae ex Deo, & ab Deo promissa nobis sunt. Ita in nouam familiam, nouum nomen, nouę, & æternæ hereditatis spem traducit, ubi non amplius terreni, sed coelestes, non in patrimonio corruptibili, sed in nunquam interituis bonis, spe, & desiderio infixi sumus: tum uero Deum nobis appellamus patrem, tum optimorum filiorum charitatem, & studio erga illū accēsi fructus eos pietatis nostræ iam in hac uita capere incipimus, qui tali parete digni

digni sunt. Nam hoc primum amore, & spiritu altiores efficimur, & e communibus ictis humanis studijs, & appetitionibus in cœlum longe eminemus, pacatijs & beati nihil intra nos sentientes, quod intellectu illi latitiae officiat, hæremus cōtentu in ipso complexu omnipotentis Dei. Ille uero in suo sancto spiritu nobiscum semper est, & se se nobis demonstrat, regnumq; cœli in animis representat nostris. Quod ipsem in Luca testatus dominus est, iam intra nos & in hac uita esse, in qua quidem status nostri beatitudine, in quo animi gaudio conuersi ad Deum creatorem nostrum, & patriam illius indulgentiam erga nos, ueritatemq; eius honorum, ac admirabilem fructu illorum, in nobis intelligentes, clamamus amoris uoce, atq; cordis. O' pater, pater, o uere patrum erga nos animum, atq; amorem gerens. Et quidnam est præterea, quod ab optimo patre & eodem patre omnipotente aut sperare amplius, aut uero etiam optare debeamus? Ergo is spiritus, qui nos in hunc sensum rapit, qui ponere nos reliquas mundi curas, & sperare in solo Deo fubet, qui bona illius nobis indicat, atq; imperit, qui beatos & contentos iam in hac uita facit, idem ille ipse spiritus Dei sanctus, qui & ipse Deus, testimonium præbet spiritui nostro indubitatum, atq; certum, quod sum filius Dei, quando ab illo patre nostro sic tractamur, ut amantius, indulgentius, liberalius tractari nequeamus, cuius quidem spiritus diuinu[m] testimonium spiritus noster, qui illi est co[n]iunctus. & adherens sic accipit, ut se se gerat pro filio Dei, cuius tantam erga se experitur indulgentiam, ut pre bonis animi, quas ex illo possidet, mundi, & mundi bona, quae cunq; lingua nūcupare, aut sibi potest cogitatio depingere, tanq; cœnum omnium ducat, & in uno ipso Deo etiam nunc hic uiuens, & terrenis affectionibus etiam nunc pulsatus, constitutum summam omnis felicitatis suæ : qui si persuasus est, habetq; exploratq; se filium Dei esse, tanti fidei testimonij, & tot donis testimoniorum comprobatis adductus, eidem testi profectio credet, se cum filius sit, hæredem quoq; Dei fore, atq; eorum honorum hæredem, quorum hereditatem maiorem suum fratrem Christum iam adiisse crediderit; quia nimirum bona ea sunt, ut surrexurus homo totus ē mortuis, & futurus deinceps sit immortalis, idemq; in cœlum ascensurus, & ad dexteram Dei sit confessurus : ubi enim caput, ibi & corpus manere est necesse propinquum similiter, & adiunctum Deo, non quidem pari dignitatis æqualitate, sed in capitib; sui maiestate. Porro autem caput nostrum est Christus. Credet ergo & confidet certo spiritus noster se ita hæredem fore Dei, ut sit cohares in eis in Christi.

Siquidem una patimur uti una & glorificemur. Reputo enim quod nō dignæ sunt ærumnæ præsentis seculi, ad eam gloriam, quæ debet reuelari in nos.

S I Q V I D E M , inquit, nostra fidei professio est, uelle pati cū Christo, ut ad eandem cum Christo gloriam etiam una prouehamur, ac ne nos perturbet mentio patiendi, speratamq; illam tot honorum latitiam incommodoq; coniunctione diminuat, subiungit statim sapienter & prouide, reputare se, hoc est subducere rationem, & facere summatam, quemadmodum facere soliti sunt, qui calculos, & numeros in summas colligunt, quod est perpendere ex utraq; parte, & estimare. Quid est autem quod reputet? nempe hoc, quod omnes huiusc seculi molestiae, omnes ærumnæ, incommoda omnia, quæ cū Christo à nobis subeantur, nō sunt idonea ad tantū promerendū, quantum illis inconditum præmium propositum est, quandoquidem collecta, & coaceruata in unum, si in contentionem futuræ gloriae deducantur, illius longe magnitudine, & felicitate sint inferiora. Quod idem ipse alio loco, Quod nūc nos cōterit excedens leuitate, inquit, æternam excedentem grauitatem gloriam comparat nobis non cogitantibus ea, quæ uidentur, sed quæ non uidentur; atq; hoc est spe attollere animum, & diminuere eadē opera laborem. Quid uero, num patimur omnes cum C H R I S T O qui in hanc fidem uenimus? patimur enim uero, qui si etiam non in uinculis, & plagijs, & in omni corporis laceratione, ac supplicio C H R I S T I fidem constanter profitemur, neq; in crucem tollimur, sicut ille fuit sublatus, eo ipso tamen, quod & ad ista parati animo, si accidat, sumus, & in medijs mundi cupiditatibus, atq; curis sustinuimus quotidie prælia pertenantium nos & dolorum, & uoluptatum, atq; à cogitatione Dei transducere ad se

ad se nōtentium, hisq; quoad licitū est, obſiſimus, & repugnamus, gerimus ipsi quoq; crucem nostram, & abnegantes nosmetipſos, nosfū umq; genus pristinum, contendimus, & admittimus, ut efficiamur filii Dei. Et quoniam longo iam processu spiri[t]ū uehementer extulit Paulus, eumq; habere testimonium spiri[t]us sancti, quod filius Dei sit, differuit, uitamq; ex ea pendere uno, & honorum Dei hæreditatē futuramq; gloriam paratam illi esse dixit. Corpus autem & carnem in totum abieciſſe uisus est, ne qui forte suspicetur nihil iam partem apud Deum honoris habituram esse, neq; ad immortalitatem aspirare eam posse, ob hancq; causam nec tantum futuræ illi gloriæ fortasse deferatur, quantum opus est, & corporis commoda minus contemnuntur, ueluti quod inique, atq; iniuria his præsentibus priuetur bonis, si id in posterum fructus nullos celestium illorum honorum est percepturum, reueritur Paulus ad confirmandum, corpus quoq; nostrum nobiscum una futurum immortale, & honorum eorundem cum spiritu particeps, implicate ille quidem, & contortus, sed tamen ut accurate, & subtiliter intuentibus, hic Pauli in hoc loco intelligatur esse sensus, nunc eius audiamus uerba,

Vehemens enim expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Nam uanitati creatura subiecta fuit, non sponte, sed propter eum, qui subiecit in spe, quod & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei,

V E H E M E N S expectatio creaturæ, inquit, hoc uocabulum κτίσις, quod nos cæterorum opinionem secuti creaturam translatus, melius nostro iudicio conuertemus fabrīcam, habemus quidem uerbum uerbo par cōdere, quod est Graece κτίσει, idq; in corporeis potissimum naturis, & rebus usfur pamis : sed quoniam uocabula, quæ ex eo uerbo ducentur, ut conditio, ut conditura, inciderent in alienos sensus, mentemq; legentis obturbarent, conditionis loco fabricationē proferimus, cuius uerbi uis cognata tamen est priori uocabulo, atq; propinquia. Igitur his, ut dico, nominibus ad corporum naturam utimur, quibus creatio ut longe communior est, sic ferè etiam est spiritualior. Create enim animas Deum recte dicimus, cōdere, aut fabricari non ita dicimus. Sed quod κτίσις in hoc loco pro omni eo quod fabricatū à Deo est, hoc est pro cœlo, terra, elementisq; accipienda sit, quorum una cum gloria filiorum Dei sit facienda nouatio, quando ista propter hominem effecta, & fabricata, hominis ipsa quoq; conditionem in utranch partem sequuntur, ut & laberante eo laborent, & pacato quietura sint, multa hic & præclara dicuntur à sanctis uiris, quasi nos ut adhortentur acuendas esse nobis uires animi, ut fortius certemus, quibus non pro nobis solum, sed tanquam pro aris ac focis sit etiam decertandum. Siquidem in illam perpetuam gloriam per patientiam, tolerationemq; certaminum postea introduci, & terram peccato primi hominis ex creationi traditam, & cœlos senio, laborisq; destinatos, de quibus scriptum est, quod omnes tanquam uelutimentum ueterascent, & sicut amictus mutabuntur, in nouam, & perpetuam pulchritudinem nobiscum simul restitueimus. Sed ego in eam mentem inclino portus, ut de fabrica corporis nostri intelligentium putem. Nam & cœli ante peccatum Ad a currere circum circa, & se uolure instituerunt, & feracitas terræ, ac cœterarum rerum opportunitas non tam sibi, quam nobis in labore est uersa. Atq; ut ea etiam ista se habeat, nec enim inficiamur, ne nos quidem, quæ cuncta in seculorum fini, & in aduentu magni Dei nobiscum una nouanda, & in potiore statum commutanda sint: tamen argumenta futuræ immortalitatis nostra magis ex nobis metipſis, & ijs, quæ in nobis experimur, & sentimus, ducenta sunt, quam ex alienis, ac longe diffitis rebus. Itaq; & hoc uocabulo Marcus in Euangeliō pro homini tantum conditione, & creatione uisus est, quæ I E S U S dicit puluis præcipit in illo, ut eunes in mundū omnem, prædicent Euangeliū omni creaturæ, quod est κτίσις την κτίσιν. In quo illud quoq; apparet & exiſit, quæ nobis maxime aduersaria sunt ad uictoriā, palmamq; contendentibus, & quæ inuincibilem uidetur habere uim impediendi, atq; obſtandi, posse ea nō difficulter à nobis superari, quan

quando nobiscum ipsa quoq; ad candē gloriam immortalitatis aspirant. Sic igitur se habet uerborum istorum intellectus. Vchemens enim expectatio creature, hoc est fabrica, & illius in nobis partis, quæ condita corpore a est ipsa quoq; ex pectat, ut accepit revelationem filiorum Dei, ut particeps etiam ipsa sit, ut eandem immortalitatem communicet. Est enim ἀπειθέστι compositum uerbum ab expectando, & capiendo, quod est quasi hiare expectando, ut accipiat. Revelationem autem, quoniam arcuum consilium Dei de electis suis in illo extremo iudicii die omnibus reuelabitur, & tunc palam in medium omnia proferentur. Atq; hoc uerbo sic posuit ab Apostolo est, expectari à corpore nostro eandem immortalitatem, cuius quidem expectationis ratio communior illa sit, quod nihil est effectum, & in natura conditum, quin etiam si non ratione, & consilio, at tacito tamen desiderio ad melius semper spectet, & moueat. V erum cum altera statim existat quæstio, qui possit corpus immortalitatem appetere, quod ad ea omnia potius propensum, præcepse sit, quæ sunt penitus contraria immortalitati, ut est testus Apostolus, & munitus, omnia subito circumspectans, & prouidens, occurrit uestigio quarentibus, & anteuénit, dicens istam ipsam fabricam partis sensibilis in nobis, corpus, carnemq; uidelicet, non sponte sua subiectam fuisse uanitati, sed propter eius crimen, qui illam subiecit, hoc est propter Adū crimen, qui obediens illam primo rationi, & ex ea immortalitatē haurire in se parat, suo peccato, & uitio defecit ad corruptionem. Nam uanitatem hoc loco Apostolus, uana carnis desideria, & cupiditates inaneis uocat, quæ fructum morte, & corruptionem afferunt, quas alibi cupiditates nominat deceptionis, quæ quidem efficiunt, ut uanos filios hominum, mendaces filios hominum appeller scriptura, & in imagine non in ueritate transire hominem confirmet. Etenim simul ut caro, quæ nullum suum habet ordinis, nec rationis lumen, ab illa in primo patre nostro cū mente, & ratione concordia diuisa est, neq; quod cuperet, cuiusmodi id esset, cognoscere amplius ipsa potuit, neq; in eo ipso quod cupiebat, modum sibi, & finem constituere fuit apta. Sed et si uanitati, ac corruptioni ex eo, animalis homo addictus fuit, retinuit tamen sibi spem, & illud insitum, atq; occultum naturæ desiderium non abiecit, sese cum filiis Dei in pristinam aliquando nobilitatem, & ueterem gratiam redintegrandum esse, uel eo etiam maiorem, quod tunc in ipso Adam in incipiū, & lubrico positus poterat & stare per perpetuū, si decreuisset, & cadere, si hoc ei magis collibuissef. Posthac uero si fuerit redintegratus ac repositus, & maiorem multo, & in perpetuū stabilem gloriam est adepturus. Ab omnī enim tum penitus seruitute corruptionis liberabitur: id est, ab ea terrenarum cupiditatum seruitute, quæ illum constiūtum trudit corruptioni atq; morti, quibus etiam in Apostolo uerbis iudicatur de fabrica corporis nostri fuisse dictum. Non enim cœlum, neq; terra huiusmodi corruptionis seruituti sic subiecta est, uindicabitur igitur corpus nostrum à seruitute corruptionis, & in libertatem gloriarum filiorum Dei liberabitur. Erit enim hominis animalis libertatio, accessio eius liberationis, quam ut spiritualis, & filius Dei, regeneratus uidelicet ex Deo, & natus homo consequetur, quæ tunc quidem fuerit libera & secura gloria, cum extra bellū periculum, & huiusc uite lapsus, in exurrectione corporum propria & perpetua possidebitur.

Nouimus enim quod omnis creatio confuspirat, & congregans usque ad præsens: neque ea solum, sed & ipsi primitias spiritus habentes, & nos ipsi in nobis ipsis suspiramus, qui adoptionem in filios expectamus redemptionem corporis nostri.

OMNIS creatio uel fabricatio in hoc loco, & in unoquoq; homine totus homo, & in uniuerso tempore totum genus humanum intelligitur, quorum utrung; scire se, & nosse affirmat Paulus, genere una & suspirare huius inuenienda immortalitatis desiderio. A natura quidem res sese ita habet, ut quod Paulus alio loco, Suspiramus, inquit, & affectamus, noientes quidem exi, sed superindui, ut absorbeat mortalitas à uita, quoniam sic facti, atq; conflati ex anima, & corpore in una rem suimus,

totum

totum hoc quod sumus, diligamus in nobis ipsis, & incolime, ac saluum totum esse cupiamus. Neq; erit quisquam pertinens animum suum, & omnes occultos sensus mentis sua cogitatione peragrans, quin in semetipso intelligat ferri nos amore, & studio conferuandi nos ipsos, atq; ita conseruandi, ut nec partis in nobis, nec temporis iacturam aliquam libenter admittamus. Sumus quidem eo animo, si qui bene, & recte fuimus instituti, ut si alterutrum perdendum sit, corporis pati, quā animae detrimentum præceptum. Verum enim uero non est plena, neq; integræ animi nostri cōsolatio, si tamen amissio corporis facienda sit, hoc desiderium adipiscenda & fruendæ immortalitatis, ita in unoquoq; homine insitum est, ut neq; obliuione, nec contrario studio, aut ratione unquam illa possit auelli, quod in alijs rebus, quas inaniter, & temere cupimus, nec possumus ullo modo adipisci, facile est prouidere ratione, ne cupiamus aduersus quidem totam hominū immortalitatem, quoniam ea optetur, & anheletur, non uis, non uas, non consilium ullum, non temporis longinuitas, non studiorum dieritas potest, non deniq; ratio, non cuiusquam authoritas obstat, & prohibere. Quod studium si innatum nobis usq; eo est à natura, ut nequeat deponi, ne illud quidem simile, aut affine ueri est, frustra id in nobis, & nequicquam ab eadem natura fuisse insitum. Ad hanc accedit ratio longe fortior, qua Paulo, & nobis in Deū rite credentibus eiusdem rei scientiam corroborat, quod omnes, qui Deum quoquo modo cognorunt, & ab eo sunt uel inspirationibus & nuntijs ē celo missis, uel Moysis lege instruiti, atq; edociti, cuncti in hanc spem terra mandati, & in sepulchris conditi fuerunt, tanquam denuo reuicturi, neq; amplius postea in mortem essent recasuri, fuerit licet Saducorum factio quædam apud Hebraeos, quia sustulerit resurrectionem, & Paulum de eadem re Athenis disserere incipientem philosophia irriferit, sintq; etiam nunc quamplurimi, qui corpori uni excolendo, & saturando neglecta fide immortalitatis adhuc uerant curam, tamen aliud in istis lingua, atq; mores, aliud mens ipsa intus, si consulatur, exclamat, præsentim si ea aliquo pacto sacramentum rerum, & rationum uel solis auditionibus fuerit imbuita. Est enim in Job, est in prophetis, & deniq; penè in omni scriptura contextu, de resurrectione futura corporum animaduertere. Horum porrò prædictio, & expectatio aliorum, si non uana, sed uera est, ut quæ à summa Dei ueritate profecta, & inspirata sit, scire iam potest Paulus, & cum Paulo omnes qui Deo fidem habemus, cunctum hominum genus in hac spe fuisse corruptioni, & morti ad tempus addictum, ut extremo in tempore cōsurgat ad uitam, nec mortem postea amplius unquam operat. Nam aut qui hoc ex Deo perceptum habuerunt, certi spei sue, & resurrectionis, intelligentesq; quid sperarent, tantisper naturæ, & morti concessere, aut si à tanto doctore non fuerint moniti, nullamq; huiusc spei curam, nec cogitationem in animis suis uolutauerunt; occultum tamen naturæ, & mutum immortalitatis desiderium abdicare à se non potuere. Quare genus omne humanum, & quod mortuum est iam dū, & quod uiuit, suspirat uniuersum, & anhelat ad hanc immortalitatem, eamq; ad totius integrum hominis, non aliuscū certa in homine partis, ut & totum genus, & homo totus ad incorruptionem, & uitam recuperandam contendat. Et quoniam de animo erat persuasibilis, de corpore magis ambiguum, alio etiam validiore inter uiuos utitur argumento, quo & animus ipse corpori, & telimenti spiritus sancti huic de corpore spei subuenit, & astipulatur. Non solum, inquit, haec communis est totius humanæ fabricæ, creationisq; expectatio, reuiscendum denuo esse, & immortalē deinceps uitam agendum: sed & illi qui spiritus primitias habuerunt, quod est intelligendum de patriarchis, & prophetis, in quibus primo coepit operari spiritus sanctus, & nos ipsi, in quibus idem spiritus affiduum sibi iam domiciliū constituit, qui non primitias tantum, sed integrum messem spiritus sancti posseimus, quibus ille nō solum flatu, sed flamma, & lumine amorem, & cognitionem summæ ueritatis infudit, & qui adoptionem in filios Dei iam ex parte nati, pleniorē etiam posthac, & illustriorē eiusdem Dei hæreditatem expectamus. Hoc enim sibi uelle iam diximus ἀπειθέσθαι, quasi expectare interim accipiendo nos inquam, qui plenitudinem spiritus ex Deo hausimus, quem habemus intus omnis nobis ueritatis certissimum & sponsorē, & testimoniū.

Q 2 suspi

suspiramus item ipsi, & expectamus redemptionem corporum nostrorum, quod non faceremus, si haec nostri pars, non ad obtinendam perpetuitatem, ipsa quoque nata, facta existeret. Ac ne quis hoc tantum dicat sperare esse, spes autem nostra falli, & despici nos posse, refutat statim, sic inquiens;

Spe enim seruati sumus: spes autem cum cernitur, non est spes. Quod enim cernit quis, quid etiam sperat? quod si quod non cernimus, speramus, per patientiam expectamus.

E A S P E S, inquit, quae de præterito pignus maximum nobis dedit, non se esse fallacem, ut per quam spem, salutem sumus adepti. Nam à primo cum credidimus Deo per I E S V M C H R I S T V M, & spes nostras à mundo auferentes, in illo omnes collocauimus, & fiximus, statim mercedem spei nostræ accepimus salutem nostram. A' seruitur enim iniquitatis & mortis, ad uitam, & iustitiam Dei fuimus translati, in genitū, & nomen filiorum Dei uenimus. Illa igitur spes, quæ nos, ut alter ait Apostolus, Pauli consors, atque collega, regenerauit in spem uitiam, tantumq[ue] nobis honorum cum promitteret, plus etiam dedit, ut quæ dignitatem humanae nobilitatis, quam omni uitio, & culpa contaminati homines amiserant, cum se restituram illis polliceretur, ultro Deos ipsis, & Dei filios efficit. Illa inquam spes, de futuro nos profecto non fallet, iam tot rebus, & argumentis nobis explorata, & perspecta. Sicuti non fecellit ne tunc quidem, cum ad eam nullo adhuc certo obfide illius firmitatis induci accessimus. At nunc posteaquam per eam nostræ illustratae mentes, & cognita omnis ueritas, commerciumq[ue] cum Deo, & cum spiritu sancto salutis, & beatitudinis nostræ nobis initum est, quid est uel quod minimum dubitemus, quin hanc quoque immortalitatem integræ hominis ex corpore, animoq[ue] conflati, quam pollicetur nobis, sit præstata? modo patienter, & cum tolerantia expectemus, quod est proprium eorum, qui in Deo, & fide Dei firmiter herentes, solantur spe illa expectationem suam. Nanque & qui expectant patienter, & qui impatiens sunt, omnes quidem in uitam perpetuam cum corpore simul sunt refusitandi. Sed illam solam immortalitatem, & ueram uitam sentit Apostolus, quæ electis Dei futura est. Hi enim immortaliter uite uitam, qui autem à Deo damnati, & repudiati fuerint, mortem potius immortalē sunt inuentur. Spes igitur, & in sperando atque expectando patientia, suscipienda nobis est, quando nec spes quidem amplius est, si quod speramus, id iam teneremus. Atque ut animaduertas altitudinem Pauli sensorum, & quæ obrem hanc spei disputationem interposuerit, perspicie tute, & cum animo tuo considera, ut intelligas non esse locum calumniantibus ad hanc infirmandam spem, cuius probationem in hac uita, non modo consequi, uerum nec desiderare quidem possimus. Si quis enim contradicat, & afferat sperare nos uana, & expectatione nostra despici, nempe id ita dicat, quoniam utrum spes ista uera sit, an falsa, in hac uita cupiat experiri, argumentaque ueritatis de hac spe ex his, quæ hic apparent, & cernuntur, ducenda esse constituit. At hoc nihil est, quod minus optari possit. Cupias enim una, si istud cupias, & uiuere, & mortui esse. Dum enim in hac uita sumus, in anigmate sumus, & tanquam in imagine, ac simulacro ambulamus, cunctaque felicitas, & beatitudo nostra spe futuræ uitæ continetur. Quid ergo optes huiusc spei sensibile argumentum, cum si hoc obtineas, quod optas, amplius ipse sensibilis non sis? Itaque spem quidem istam contemnere, & postmittere, atque ad explendos sensus totum conferre te possis. Argumentari autem contra eam ex his, quæ cernuntur, aut testimonium flagitare certum, quod illam tibi ex sensibus confirmet, nullo modo possis, quia continuo repugnantia dicas, & id quod affirmas, simul etiam inficiere. Ac quemadmodum si quis marinos fluctus solidam terram cupiat esse, ita tamen, ut fluctus nihil minus sint, ipseque ab illo nauigandi motu, & gestatione non deferatur, is huius sui optati nullam stabilem & constante habeat rationem, sed libimetiphi contrarius, & repugnans sit; sic qui futuræ uitæ spem ex his quæ sensibilia sunt, uolunt comp

proba

probari, hi & sentire simul, & non sentire quod desiderant, uolunt. Quando ab omnibus humano isto uidelicet, & mortalit aut spem, aut te abesse necesse est, si si huiusc spei sensum aliquem percepturus. Illa igitur tibi argumenta spei nostræ fidem faciant, quæ ex eadem spe ducta sunt: quam cum uideamus in eis rebus, quas in hac uita possumus experiri, promissionis sua fidem nobis præstitisse, quod reuocauit nos a peccati morte, & in futuræ uitæ insinuauit, ex quo aduersarijs Dei, & hostibus efficit eius filios: cum, inquam, uideamus spem nostram in Deum tot nobis & tam præclaræ promissa expletisse, eandem certo confidamus ea, quæ adhuc supersunt, quæ in alteram uitam referuata nobis sunt, etiam expleturam, cum horum præsertim, quæ iam potiti sumus, illa quæ expectamus, quasi comitatus quidam, & appendices esse intelligentur. T V M I V L I V S, Proh Dei immortalis fidem mi frater, inquit, quid est nobis de hoc homine dicendum: utrum eum ex humano, an ex coelesti magis ordine statuamus? qui tantos cursus cogitationum, tanta inuolucra diuinorum consiliorum in tam paucis uerbis constringat, & alliget, & cum breue spatium progressus uideatur, cœlum, & terras, & maria peragrabit? Quod porro pelagus doctrinæ, quæ uis inaudita coelestis sapientia non in his uerbis indita, & impressa est ostendit pene digito nos esse filios Dei, testes aduocat omni fide dignissimos: quippe illos ipsis, qui plene noscunt, intelligentque ueritatem, spiritus duos uidelicet, & illum Dei, qui est ipsa ueritas, & nostrum, quatenus cum illo copulatus est, hoc est cum ueritate Dei hærens atque coniunctus. Atque in tantam nobilitatem, gloriamq[ue] sublatos, gerentesq[ue] Dei cognitionem, atque nomen, reuocat nos deinde ad respiciendam conditio[n]em huius uitæ, quæ addicta sit laboribus, incommodisq[ue] perforundis, in quibus nos uerari ex quo animo debeamus, & ad exemplum, ac imitationem C H R I S T I Iesu xerumnas, & dolores hic libenter pati, ut cum illo quoque unâ eandem postea gloriam adipiscamur. Tum deinde conuersus ad demonstrandam conditionem nostræ corporis, quod fragilitati, & morti uideatur relatum, immortale illud quoque fore confirmat, & in tempore revelationis gloriarum filiorum Dei, etiam ipsum ad uitam perpetuam restituendum esse dicit, atque in una re utranc[um] rem expedit, & ut nos futuros ex omni parte ostendat immortales, & ut animum augeat, fiduciām[que] corroboret, posse nos corporis & carnis cupiditatem uincere, cum ista quoque pars nostræ in eiusdem expectatione, ac desiderio spei nobiscum, & cum spiritu nostro consentiat. Non enim pergraues esse aduersarios, inter quos de summa rei conuentire est licitum. Atque ad hanc corporis probandam immortalitatem, huiuscque immortalitatis spem, non ex his rebus, quæ cernuntur, confirmandam, cum id fieri nulla ratione possit, sed ex eadem spe admīnūculandam, ut spes spei testimonio, & certo documento sit, parsque iam adepta expectatae partis faciat fidem, tot, & tam densa aliquid in alio intexit argumenta, ut alesqu[um] hominis penè sensum cogitatione nostræ nequeamus. Ac uideo equidem aliter haec uerba ab alijs exponi. Sed ego facile suscipio rationem istam tuam, creatoremq[ue], uel fabrican potius, ut tu uis, ac recte quidem, mihi ut uideatur, de ipso tantum homine intelligo, quæ is corporeus, & sensibilis est, quam nostri quoque partem ad immortalitatem suspicere nobiscum, affirmanti Paulo credo, quippe quæ si non aperta uoluntate, at communī desiderio natura, ad melius ipsa etiam moueat, uereturumq[ue] propheticarum, & sanctorum hominum dictis atque scriptis, ac præsertim Apostolis, & præconibus summi Dei fidem de hac re indubitatam habeo. Verum illud tamen querendo de ipsa carne scilicet, de quo tota corporis natura, quæ non sit contraria, & semper inimica rationi, cum ad extremum usque spiritum numquam ea turbare pacem animi, neque gerere bellum aduersus rationem defisit, quod si maior aduocanda est authoritas, cur Paulus carnem concupiscere aduersus spiritum, cur idem illius se non posse stimulos, ac molestias propulsare ab se dicit? Cur dominus illam infirmam appellavit? neque hæredem regni fieri posse testatus est? Cur illa in terram, & mortem nos semper trahit, cum ad cœlum, & ad uitam exurgere contendamus? Quia deniq[ue] illa ratione peruincit, ut maiorem multo hominum partem suarum transiſimorum laqueis cupiditatum affrictam teneat, atque uinctam, si non hoc maiorem est in eius natura proprium, ut opprimat semper & suo decore spoliat rationem?

Q 3 Quod

Quod si hoc illi natura uitium inest, quo pacto illud contrarium inesse potest, ut natura appetat etiam ipsa reuerti immortalis? VITIUM, inquam, Iuli carni inest, sed non ut est caro, nam si hoc ita esset, etiam antequam peccasset Adam uitio infecta caro, & ratione aduersaria fuisset, quod non erat ea tunc quidem, antequam ad eum interdicti pomii, & neglectionem diuini precepti fuit deuentum. At postquam illo crimine corrupta ex pristina sua integritate decidit, ignorantia continuo tenebris cooperata tota, & sibi quoddam, ac arbitrium suarum libere exequendarum appetitionum sibi stulte vindicans, eadem arrogantia nescit aduersus mentem, qua mens, & ratio primo extulit sese aduersus Deum. Sed et si talis effecta parentis nostri criminis, & propter primam illam culpae labem, in prauos sensus, cupiditatesq; est conjecta: insitum tamen illud naturae desiderium non potuit ejcere, quin cuperet ipsa quoque participes esse honoris. Atq; ut ex euidentibus in animo nostro factis atque exemplis, illud occultum in rebus quae parente ratione, naturae consilium melius deprehendamus, uidisti ipse profecto, idq; sapienti, homines tunc, atque ebrietati detitos, qui cum in uno illo studio curas omnes suas, temporaq; consumant, idq; sumnum bonum in vita esse arbitrentur, nihil tamen minus tacitis interdum confiduntur stimulis, ut in media ipsa potandi alacritate, ac laetitia ipsi sibi displicant, ac modestorum & sobrium hominum cupiant esse similes; neque a tunc tamen propterea, crapulaq; desistunt, sed plenis poculis hilaritatem provocantes, sentiunt amarum quiddam in animo, quod suauitatem illius laetitiae infuscet & imminuat. Atque horum corrupta quidem uitio, & confuetudine ratio pergit in ipsum decus, scip; in eo magis quotidie, magisq; ingurgitat, neque ea tamen sine cura, & stimulo, ac dolore ticto potest confundere, cum id quod studet, & vult, sibi intelligat esse exitiosum. Simile quiddam nunc in corpore, & carne ipsa cogita, inaniam aduersum illi quidem, & incognitum: sed nobis, qui lumine, & ratione utimur, perspicuum, & euident. Illa enim corrupta, atque infecta prauitatis labo agit, & contendit quidem omnia, quae & sibi sunt ad immortalitatem aspiranti, & nobis, qui pacem, ac concordiam cuperemus, infecta, atque inimica: sed tamen dolore quodam naturae necessario ipsa tangitur, nec intellitum illud desiderium amittit, quin cupiat esse compos immortalitatis; quod quidem desiderium quoniam pro nobis est, uitium autem carnis, ac praesens eius contaminat studium & contra nos, & contra ipsam carnem, pugnemus forti animo, & praelium, tanquam in uniuersis viatores futuri, etiam si in aliqua parte aliquando uitio carnis uicti, peccato succubamus. PROBO ista, inquit Iulius, & rationem tuam accipio: sed quod restare mihi etiam uidetur ad dubitandum, id ex te exquirro. Etenim si ista futura surrectionis in carne quoque, & corpore expectatio cognita Iudeis fuit, hancq; eandem expectare, & cognoscere precipuum propere est fidei nostra mysterium, idq; imprimis & alleuat laborem & confirmat animum, ut pugnare, & niti, & sperare uictoram aduersus carnis uitium debeamus, quid ita illi aut resisterne carnis uitii aequae ut nos, non potuerit, quae de re satis ante est disputatum, & dictum, aut in eiusdem pene expectatione praeceps non eandem ipsi in Deum fidei uiam, & rationem, quam nos, insisteremus. Quanquam ego ista dum percunctor, ad illud diuinum fidei nostra mysterium, quod hesterna die nobis patefactum est, intuens, reperio statim horum, quae percunctor, dissolutionem, illi enim sic restitutionem corporum sperabant, ut ad easdem iucunditatem, eademq; mundi commoda, quae in hac uita faciebant maximi, redituros in altera se confidarent, uxoresq; suas, & domicilia, & agros recuperatos. De qua illorum spe, atque opinione eti non palam est, neque diserte in Moysis lege scriptum: tamen ex interrogatione Saducorum, quae de septem illis fratibus eandem uxorem deinceps ducentibus, quid in resurrectione corporum futurum esset, dominus illi IESUS sciscitatus sunt, quae fuerit Iudeorum mens, & de futuris bonis expectatio, liquidissime potest intelligi. Qui igitur bona haec corporea & terrena tanti aestimabant, ut fructum in illis perpetua uita ponenter, non poterant illa ne in hac quidem mortali uita sic contemnerre, ut mentes suas ab illis ad Deum penitus auocantes facile resisterent carnis praelijs, atq; oppugnationibus, id quod nos melius possumus, qui & diuellimus in hac uita ab omni

ab omni mundi spe, & iucunditate propter Deum, & in futurum coelestia, non terrena bona expectamus. Ita illi neq; fidem in Deum eadem, neq; parem firmitatem animi ad resistendum carnis cupiditatibus inuenire potuere. Nunc lege tu, que sequuntur.

Similiter autem & spiritus coopulatur infirmitatibus nostris. Hoc ipsum etenim, quod oraturi Deum sumus, quemadmodum oporteat, nescimus. Verum ipse spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

H A E C P A V L I sensa unum post aliud ipsius quidem more loquendi obscurum, & implicitum, cum difficultas cognitu semper sunt, tum diuisa & sepe, & interrupta, ut uix cohærente posse inter se videantur. Sed nobis non tam ex uerbis interdum eius, quam ex spiritu, & mente facienda est interpretatio, ut in hoc loco. Quoniam enim de tolerantia, quam in illa spe futura gloriae suscitemus, fuerat iam sapientis uerbum factum, ut cam ipsam tolerantiam fortius constantiusq; teneamus, alio quoq; subsidio & firmamento nos instructos demonstrat spiritu nostromet, qui uota, precesq; nostras ita dirigit erga Deum, ut nobis tutu, & salutaria postulemus. Atque hoc monstrato, ad Deum deinde ipsum reuocat omnem nostram facultatem, & consistendi, & tolerandi. Quod ergo hic ait, similiter & spiritum opem ferre infirmitatibus nostris, in eam rationem intelligamus esse dictum, ut duplum uim habeat. Nam quod spiritus curam suscipit infirmitatum nostrarum, id est, earum, quae sunt ex parte carnis, & corporis, cum paulo ante positam rationem comprobat, corpus eiudem gloriae socium fore nobiscum. Qui enim aliquin tantam de eo curam spiritus suscipiat, ut & redemptionem illius suspirando desideret, & in infirmitatibus, ac periculis ei optuletur: tum illud quoq; efficit, ut hoc quoq; fulti, muniti, q; subsidio alacrius tolerantiam, & firmitatem resistendi capiamus. Nam quod saepe iam Paulus totum hominem in se alicui hominis parti cōponit, & tanquam de duobus in uno, & eodem loquitur, nunc hominem totum in spiritu constituens, ut quā dicit, Nos in nobis suspiramus expectantes redēptionem corporis nostri: nunc in corpore collocans, ut in hoc loco, Spiritus opulatur infirmitatibus nostris, est hoc quotidiano loquendi more usitatum. Spiritus igitur utrūq; facit, & confirmat nos ad perpetiendum, & ferendum, quandoquidem nos per patientiam expectamus, & fraternalm de corpore suscipit curam, ut id ab errorum lapsationibus continendo in uiam, spemq; inducat iure optandæ, atq; expēctandæ immortalitatis. At qui spiritus? non enim de isto mediocris est disceptatio. Sed nos missas facientes controverbias, quoniam id tantum proferre, & effari uolumus, quod nobis suppeditat, & inspirat Deus, dicamus nostrum hunc esse spiritum, quatenus is tamen ad Deum conuersus est, & totus aptus, atque dependens ex eo, quod facere ille non potest, nisi cum sancti spiritu sit coniunctus. Et sane propria uolumus nostra, & ratio cum in Deo locata est, solacij spectat diuina, & immortalia, spiritus est, & eo nomine nuncupatur; quae si deflecat ad mundum, atque carnem, ita caret spiritus appellatione, & nomine, ut rationis tamen, uoluntatisq; retineat, sed sit carnalis, & terrena ratio. Caro porro, & spiritus usq; eo diuersa inter se, alienaç; sunt, ut apte, propriæ loquendo in unum nequeant coniungi. Ita ipsa igitur nostra ratio copulata cum Deo, & nihil planè uolens, quod Deus ipse nolit, est, quae open fert infirmitatibus nostris. Nam & cum auocat nos ab eis expetendis, quae sunt caduca, & corruptibilia, pulchrioraç; multo, & amabiliora ex Deo, quae appetamus, proponit; nimis illa magnum momentum afferit ad constantiam animi, atq; ad uirtutem in rebus uarie mentem nostram labefactantibus, seruandam nobis, ac retinendam, & plurimum in eo quoque nobis conductit, quod desiderantibus nobis orare Deum, & petere ab eo aliqua nominatio, quae ipsi grata sint & nobis salutaria, quoniam in hoc falli facile possumus, atque adeo sepenumero fallimur, ipsa ratio, quae est non sanctus, sed sanctificatus in nobis spiritus, qui tamen sine coniunctione spiritus sancti talis esse non potest, intercedit pro nobis ad Deum gemitibus inenarrabilibus. Atque hoc uniusquisq; in se ali quando potuit experiri, ut cum ea optauerit, quae sibi putaret utilia, rationemq; secum in optando consentientem habuerit, deinde usu, euentuq; edocetus,

edocutus, illa esse perniciosa, uanaq; senserit, cōuertat se cū gemitu ad summum Deum, & ante illum prostratus, ac lachrymans proferat simul cum Psalmista, Deduc me Domine in semitam mandatorū tuorum, quia ipsam volui. & illud, Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus. Prasertim cum & sapientissimi Regis dictum sit, Viam eſcē, quā uidetur homini iusta, & nouissima tamen illius tendere ad mortem. Et simile item quiddam I E S V S Dominus societate regni quarentibus Zebedae filijs responderit, nescire eos, quid peterent. Ergo cum quid à Deo nobis perit nominati, intenta quidem & cupida est uoluntas illius adipiscendi, sed spiritus etiā ipse quoq; in idem studium inclinans, tamen extimescens, ne forte incidat in aliquam fraudem, & pro commodo, ac salute damnum, periculum ue refusat, postulatione illa facta, totam rem rursus permittit Deo, & illum usurpat Domini nostri sermonem sic orantis; Pater si fieri potest, transeat à me calix iste, uerum tamen non quod ego uolo, sed quod tu. Sic enim orando, & deprecando Deum, quod quotidianie tamen in oratione dominica facimus, cum ut fiat Dei uoluntas, deprecamur, iustiores ipsi, & sanctiores, & ad spem exoptatae gloriae alacriores efficiuntur.

At qui scrutatur corda, noscit quod est studium spiritus, quoniam secundum Deum intercedit pro sanctis.

D E V S qui scrutatur corda, inquit, intelligit, quod est studium spiritus, quid sibi uelit, quid optet. Id enim nimirū optat, ut obtineat nobis ab Deo ea quæ sancta sunt, quæ illi placita, quæ nobis salutaria, non quæ hac aut illa cupiditate affecti nominati postulamus. Pro sanctis autem hoc loco quadrat ad utrunque, siue quod sanctas res postulat, & p̄r̄ ipsiis intercedit, siue pro sanctis etiam uiris, qui à Deo uocati in sanctitatem, & in ea firmatis diuino decreto sunt, quo de genere sanctorum, ac electorum continuo factur us uerba est Paulus. Sed & illud quoq; attendendum ex his uerbis est, quod de spiritu nostro proxime intellexerit, & non de spiritu sancto. Quod enim ait, quod Deus scrutans corda, noscit voluntatem spiritus, fatis declarat se de spiritu nostro uoluntate loqu, quam in suo sancto spiritu, ut noscat Deus, non necesse habet scrutari corda nostra.

Nouimus autem, quod diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propolitum uocati sunt.

H A B C iam est constans, & invicta ratio nostræ tolerantiae, & firmitatis, per quam quidem rationem omnia uertuntur nobis in bonum, quod ab omnipotēte Deo ante omnia secula electi, & constituti ad potiundam hereditatem aeternæ glorie unā cum C H R I S T O fuimus. Quoniam, inquit, Deus scit studium spiritus nostri, qui nihil uult, nec postulat ab eo, nisi quod ipsi gratum, & sibi sit ad gratiam illam, quam habet apud Deum, conseruandam utile, quod est amantis, & uere diligentis Deum. Iccirco his, qui hoc modo diligunt, qui omnia sua bona ad Deum referunt, & in eo uno constituant, quos propositu Deus ante initia temporum efficere suos, & in illis colloca gratiam, & beneficentiam suam. H̄ enim sunt, qui se totos conferunt, & inueniant in ipsum Deum, atq; in illo amore, & in illa fide permanēt, quod est ex Dei proposito est uocatos. Sicut in alio loco: In C H R I S T O, inquit, I E S V haereditatem sortiti sumus, præfiniti secundum propolitum eius, qui omnia operatur. His inquam, talibus omnia & aduersa mundi, & prospera in bonum cooperantur, atq; cuncta constringunt necessitudinē, & amicitiam initam illis cū Deo, ut diueli ab eo & ab ripi nullis periculis, neq; terroribus, nulla externa uī, nulla, ut ipse mox dicturus est, humana aut angelica potentia queant. Atq; hæc quidem Pauli mens. Sed nos & illud addimus, non tantum recte facta, aut fortiter suscepta propter Deum incommoda, sed laetus etiam ipsos, & peccata interdum corporis, his ad incrementum gratiae proficere. Non enim eripi hi Deo, semel ab eo constituti, atq; electi, qui Dei nomen in frontibus suis ferant, sed tantum in se concuti, & labefactari aliquando possunt, ut uel occultum aliquod in se ipsis deprehendant uitium, quod minus antea animaduerterant, eiq; medeantur

mēdeantur, uel ut humilitatem animi in magnis Dei munib; teneant, neq; se ad superbiā, & inanem animi elationem patiantur attollit, uel etiam ut cauillo admōnit, atq; docti ad minus confidendum libip;is, & ad implorandum magis Deum redeant diligētores. Ita enim & Petro trīna filij Dei negotio plus humilitatis in possum, & amoris erga magistrum suum contulit: & acerbitas Pauli, qua depopulabatur C H R I S T I seruos, maius post de C H R I S T O illius testimonio pondus, & maiorem addidit autoritatem, eademq; in illo effectit, ut atriore animo deinde offerret se laboribus, resistet periculis, omniaq; ad Deum, & proximū quæ pertinebant, studiosus obiret, quō ueterem culpm apud Deum suam nouis quam plurimis officijs posset delere atq; extinguere. Atq; horum nos duorum principum testimonio, cum innumerabilita alia se offerant, hic contenti erimus. At quid ita his uocatis Dei, ac diuinā uoluntatis proposito ad tantum decus electis in bonum omnia cooperantur, ut etiam quæ obesse & laedere nata sunt, redulant illis commoda, atq; bona acci-  
re rationem, & magnitudinem diuinæ prouidentiæ simul attende;

Quoniam quos prænouit, & prædefiniuit conformes imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autē prædefiniuit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iustificauit; quos autē iustificauit, hos & glorificauit. Quid igitur dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis cōtra nos?

T O T A ratio eius, quod dixit, omnia diligentibus Deum cooperari in bonum, & aliorum etiam, quæ paulo post in hac eandem sententia dicturus est, ex eo nimirū dependet, quod sic ab Deo statutum fuit, & diffinuit. Namq; quod attinet ad partes nostras, nihil in nobis stabile, nihil perpetuū habemus, iactamq; semper incertis suis diis & uoluntatibus. At quod fixi, atq; firmi in hoc bono hæreamus, ut nunq; separaremur ab Dei gratia, ipsius Dei propriū donū est, propria deliberatio; statuit enim ipse aeterno ex principio, quos erat uocatus in suam iustitiam, & gloriam, eosq; prædiffinuit, ut essent fratres, & consorts I E S V C h r i s t i, quatenus homo est C H R I S T V S. ~~Non habet filium~~ ~~qui~~ ipsa porrō adoptio imago est naturalis generationis, & cū, qui est natura filius, is qui per consensionē legibus adoptatur, similitudine quadam generis imitatur. Prædiffinuit ergo Deus quos prænouerat, ut cōformes essent imaginis filij sui, qui ut Deus, natura est Dei filius, ~~qui~~

~~qui~~ In adoptione ergo fratres futuri erant, & in hoc genere fraternitatis C H R I S T V S, qui natura est Deo unigenitus, ~~qui~~ futurus erat primogenitus. Multos enim fratres adducturus erat ad Deum secū, simul & ipsos in filios Dei adoptandos curaturus. Nec uero alia de causa ipse in mundū uenit, & cum patrē Deum natura haberet, hanc quoq; cognitionē suscepit, qua is certe nō egebat, nisi ut quos natura genere non poterat, adoptionis ~~qui~~ plurimos fratres haberet. Itaq; ab Deo patre & ille missus, & hi prædiffiniti, ut esset cognatio ista, ~~qui~~ frē quens, atq; multa, in qua & p̄mū filiorum Dei, & inter fratres caput esset C H R I S T V S. Atq; hoc est, quod magnū, excellensq; mysteriū in tam paucis uerbis innuit Apostolus, cū dicit, Ut esset ipse primogenitus in multis fratribus. Nā & rationē adūctus C H R I S T I, & in electo prædiffinitione consilii Dei cōprehēdit. S A N E I T A est, inquit Iulius, & quo plus progredimur in huius hominis dictis, sententijsq; expēndit, hoc maior subit animos nostros admirationē, non quidē unde ista in eum deductā sint, sed quomodo ipse tantam ex Deo affluentiam altissimō consiliorū capere potuerit. Sed nimirū Deus in illo arcana sua sapientia hominibus aperiebat. Verum mi frater, quod tibi est hic, aut in proxime sequētibus necessariō faciendum, elige utro in loco malis de prædiffinitione ista, siue prædestinatione Dei, ac de libertate arbitrij nostri disputare, atq; disserere, & utrum nos ex nobis aliiquid afferasmus ad cōsequendam filiorū gloriam, an totum potius à Deo sic accipiamus, ut nulle nostræ in eo partes sint. Scis enim ipse quanta, & quam difficultis sit de hac re quæstio. Cum si omnia prorsus ex Deo nobis sint ita diffinita ab eo, & destinata, quæ quidē spectent ad uirtutē, & gratiam adipiscendam, ut deliberationem nostram ipsa impellant, nihil

R omnino

*Quae auctor h̄icit de  
Script. Affectione &  
eligere iuxta ea quo  
Theologi docēt in 3.*

omnino loci nostro arbitrio reliquum esse videatur: Sin autem econtrario merita nostra gratiam Dei anteueniant, omnem ab Deo probris benignitatis, & clementiae gloriam auferamus. Quoꝝ hoc posterius ut magis simpium sit, illud primum aliquanto certe durius. Ac mihi quidam sapientiam reuerso ad consideranda ea, quae in utrancꝫ dicuntur partem, & rationum momenta perpendenti, liquere adhuc non potuit, nisi qꝫ Pelagianam impietatem sine ulla dubitatione detectoꝝ, qui tantum meritis nostris honoris tribuit, ut diuina gratia liberalitate conetur extingue. Nihil enim arrogantis, nec quod magis superbum esse posuit, sicut ipse a nobis potest, qꝫ ita nos placere, & assentari nobis ipsi, ut si quid praeclarum, & eximium obtineamus, id facultatibus nostris, ac non beneficentia summi Dei feramus acceptum. Sed ex altera quoqꝫ parte, et si ab ea stat doctor omnium maximus, idemqꝫ grauiſimus, & sanctissimus vir; tamen durum admodum mihi uidetur, quodqꝫ illabi non facile queat ad sensus nostros, si omnino a nobis nihil sit, quod ualeat ad obtainendam gratiam, in pari conditione cunctorum ita quodam a Deo eligi, ut ceteri in calamitate, & danno desistuantur. Etsi enim iuste omnes rehuncimur eo, qꝫ natura filii irae sumus; tamen ut in ortum & natura tales produceremur, nullae nostrae apud Deum antea preces, nulla intercesserat flagitatio. Sed ipse cum sua bonitate nos lucis, naturae, & participes facere institueret, cur subito mutatus bonitatem suam, occasionem nostram exiti, & dispice fatis non possum. Ut iustitiam, inquit, etiam suam demonstret in his, quos desistuit, sicut in illis, quos eligit, ostendit bonitatem. At quo pacto iustitia sit, si nihil ego delinquentis, in hoc ipsum creor, & producor in lucem, ut damnatus sim, meqꝫ existim, atqꝫ damni ipsa Dei creatio iniuriam, & cauſa sit. Deinde hancce illi in Deo appellata iustitiam, quasi ulla in Deo praefrantior iustitia sit, qꝫ ipsa bonitas. Itaqꝫ Graeci, & doctores Latini reliqui, quibus uetus addidit autoritatē, meo iudicio moderatores, qui sic nobis aliquid tamē relinquunt, ut totum, quod habemus uirtutis, & meriti, ad Dei gratia nihilominus referant, quorum neqꝫ doctrina illorū eruditio, qui secus sentiunt, neqꝫ religionis sanctitas sanctitate est inferior. M A G N U M, inquit, concursum acerrimarum disputationum excitas mihi frater, & magnum mare cōmoues, cum hanc difficultatem omnium quæſionē, & si uerum fateri uolumus, penē inexplicabilem à nobis uis tractari, et si eam quidem defugere honestē possumus. Locus enim iste fert, & eoz expectatio, qui Paulum nosse cupiunt, hoc imprimit postulat, ut aliiquid de hac ipsa re in mediū proferamus, quando explanationem Pauli sumus profesi. Verum ut statim de principio notam tibi faciamus sententiam nostram, nos de illorum numero sumus, qui ali quid etiam in nobis esse posuit uolunt, quatenus tamen cum illis consentire sine fraude, & sine detrimēto ueræ fidei possimus. Atqꝫ, ut tu modo ipse dicebas, si in pari conditio omnium nostrū hi ab Deo elegantur, alij reiſcantur, non possit a nobis dispici, neqꝫ animaduerti Dei iustitias illud addo, ne in eodem quidam factu intelligi a nobis eius sapientia, si nulla causa, ac ratione discrimen faciente, alios improbat, reiſcantur ad interitū, alios ad falutem, & gratia suam recipiat, cum isto agere modo, atqꝫ operari causas potius, qꝫ consilii esse videatur. Quanquam sic nos loquentes in illam fortasse incidentimus petulantia, ut uideamus quali ē regione resistere uelle Deo, & in disquisitionē illum, atqꝫ ad iudicium accersere, quod nullo modo intendimus, sed prostrati animo, & corde ante ipsum, ueniam ab eo, & misericordia poscentes, ipsum preciamur supplices, ut uerba nostra ipse dirigenſ facultate nobis det, quod illi tam in oratione, qꝫ in uoluntatis studio placere ualeamus. Cupimus enim inuestigare, quid uerum sit, neqꝫ id solum, sed quod cū ueritate pietatem quoqꝫ præterea erga Deum habeat cōiunctam. Tibi uero mihi frater, et si te affensor nobiscum eiudem sententiam habemus; tamen dicendum erit cōtra assertiones nostras, scilicet tibi minus recte uidebimus loqui, quando unum hoc ambo admittimus, ut quod uerū sit, id cōprehendamus. F A C I A M ut iubes, inquit, quamobrem aggrederem ad dicendum, P R I M U M, hoc terrogo, inquit, num tu Pelagium quicqꝫ sensisse recti existimes, qui merita nostra præcurrere diuinā gratiam, & beneficentia uoluit, uel prouisa ante a Deo prædissidente electos suos, uel post operibus iam ipsiis probata eidē, & cognita. M I N I M U M, inquit, existimo, nec mihi uidetur quicqꝫ potuisse dici iniustius. Q V I P P E, inquit, cum duo statim uulnera

uulnera sententia ista accipiat immedicabilis, ut ego arbitror: primum, quod gratia Dei si ita sit, non est amplius gratia, sed debita opera merces, nihilqꝫ benignitati, & gloriæ summi Dei in eo est relictum; qua de re à Paulo, & à nobis hesterno die satis dictū fuit: Alterum, quod antequā in gratia, & amicitia apud Deum sumus, cœlum iam, & beatam in cœlo uitam demeremur, quod nō modo coletibus Dei rite, ac legitime, quod dūtaxat in C H R I S T O Iesu facere hominibus datum est, uerū etiam uirtutē & Dei cultū ex philosophia amplectentibus cōtingere est licitum. Siquidem dignitas tanti meriti nō ex Deo nobis, sed à nobis meti p̄s insit; quo nihil est nostra imbecillitati incongruentius. I T A S E R E S habet, inquit, & est illa supba, insolensqꝫ sententia. E T T A M E N ille, inquit, necno quid spectat. Nō enim reperiēbat, quo pacto de Dei iustitia alios fibi deligente, prætereunte alios, seipsum, & cogitationes explicaret suas, nisi merita priora ex parte nostra ponere: sane parū attendens aliam in summo principe, aliam in datis ab ipso iudicibus iustitiae, & distributionis rationē existere, qꝫ illa principis soluta legibus in ignoscendo, & in obligando munib⁹ ac beneficijs, magis qꝫ in puniendo, mercedemqꝫ reddendo cū prætantio ipsa in se est, tum principis fama, & maiestate multo dignior, qui quos accipit, quāuis perfidios & improbos, nō supplicio statim, neqꝫ poena, sed cum benevolentia, & cū humanitate accipit, facitqꝫ eos ipsi se dederentes sua comitate, ex imiaqꝫ bonitate & fideles, & probos; hanc ut dico diuinā magnitudinis gloriam Pelagiū non uidit; quā si uidisset, non omnem illius beneficentiam ad meritā nostrā cōtraxisset, neqꝫ nos tanqꝫ alteros deos dantes prius illi, ut postea recipemus, quasi exaudierum Deo cōstituisset; qui si tantopere hanc meritā nostrā tanqꝫ ponderibus examinat, Dei iustitā amplexabatur, misericordiam Dei, qua liberat peccatores, quo in loco relinquebat. An li qui male meriti de Deo sunt, hi Dei clementia & uenia s̄pē habentur digni, qui nihil meriti in neutrā partē sunt, non eiusdem s̄pē liberalitate, benignitateqꝫ perfruentur: Imò uero ego hoc amplius dico, eodē s̄pē numero esse, quibus ignoscat Deus, peccataqꝫ plurima, & culpas graves cōdonet, & in quos maxima monumenta cōferat & gratia, & liberalitatis suarū, hocqꝫ esse proprium infinita iustitiae & bonitatis summi Dei, & quo illius gloria maxime lucet, atqꝫ eminet, nisi quidem cōuertere se ad Deum, & ueniam ab eo peteri in partem meriti ponendum est. Quod si ita est, humanæ leges omnes inique latā sunt, quae delinqüentibus nō ueniam, quā postulant, sed pœnam, quā merentur, peccato & criminis uolunt esse propolitan. Verum nos Pelagiū cum sectatoribus suis relinquamus iure à sanctissimis uiris fractum, atque conuictum. De illis nunc uideamus, qui in cōtrariam, diuerſamqꝫ sententiam ita discessere, nihil omnino ut in medio nobis reliquerint, nihil ut potestati nostrā, ne in uoluntate quidem ipsa permiserint: sed Deo omnia prorsus ita uerū uelint accepta, ut in omnibus, quæ concursum recte, atqꝫ suscipimus, ille primum, ac solus impulsor animi nostri, cōuersorqꝫ uoluntatis sit, uelqꝫ eo quidem, ut ipsos primos afflatus cogitationum nostrarum, non à nobis, sed à Deo pelli, & moueri putent. Quæ sane sententia in maximas item ipsa incidit difficultates: primum, quod nō iustitiam solum istam in Deo distribuentē cuiqꝫ, quod cuiqꝫ cōuenit, sed illam etiam liberalitatē, & beneficentie gloriā, quam maxime amplexatur, uideat immūnere. Quid enim potest esse in eo beneficio dignitatis, quod casu, non cōfilio datum esse uideatur: Consilium autem quod, si in pari prorsus omnium causa, hi sine ratione certa illis preferuntur: At Dei uoluntas summa rationē omnium est, fateor, sed summam tamen in Deo, infinitamqꝫ rationem aliquid sine ratione facere, absurdum est. Non est nostrū, inquit, indagare tam alta; cur alia tot & tanta indagamus, & querimus: Eſſe ne igitur rectum aliquid in nobis, quod nobis meti p̄s, ac nō Deo ferre debeamus acceptum, nihil earum quidem rerum, in quibus hærere iam meritū, & laus operis potest: aliquid tamen ad eas res uoluntatis motus in nostra dicimus esse potestate, alioquin nostri arbitrij libertate, quā afferis tu idem, quo in loco obtinemus: Quoniam peccare possumus, inquis, & id uelle nostrum est, recte autem uelle agere nō nostrum, sed ex Deo. Ita nō uero liberum tu arbitriū illud uocas, quod ad unam tantum partem ita astricatum est, ut in altera furis nihil omnino, nec facultatis obtineat: Quid autem si peccare uelle possumus ex nobis, nō ne etiam R 2 possumus

possimus non peccare uelle ex eisdem nobis? Aut si id non potest, non tam profecto possimus peccare uelle, q̄ necessariō peccare uolumus. Necesitati porrō quae lex, aut quae pr̄scripta pena est? At enim ex cōtaminato genere oriundi ipsa iam natura ad interitum factū sumus, ut quos pr̄termitit, neq; ad se reuocat Deus, iij cōquerendi causam nō habeant. At ego video in futuro mundi iudicio nō ita laturum sententiam C H R I S T V M Iesum, qui illud iudicū pro patre exercebit aduersus eos, quos est damnaturus, ut ita proferat: Quandoquidē uos ex infecto genere Adę producti estis, culpamq; & uitium parentis uestrī cōtraxistis, ob eam rē uos eternis ignib; cruciādo tradō, nō ita proferet. Sed quid dicer? Itē maledicti in ignem aeternū, qui cum esurientem me uideretis, nō pauiſtis: cum nudum, non ueſtiuitis: cum infirmum, non subleuafis. At hæc non communia generis humani, sed peculiařia singulařia hominū sunt peccata, qua idcirco illis pr̄cipue tunc exprobabantur, ut ne in illo acerbo cruciatu animi, & dolore audeant illi Dei implorare misericordiam, quam alijs ipsi implorantibus denegauerunt, iam ista horum sententia omnem prorsus ad bonum arbitrii nostri cōfessum nobis auferentium, nō ne omnia uidetur reuocare ad necesitatem, non ne bonis mētibus scrupulosa est: non ne extinguit studium uigilandi, & admittendū animosq; nostrōs retardat, atq; deterret, ne labore, ac diligentia, quoad possumus contendamus? Quæ etiam his recentibus hæreticis occasione p̄rahuit, ut de seruo iam, nō amplius de libero arbitrio auderent cōscribere. Impie illi hoc quidem, ut pleraq; alia, nec ueterum in eo doctorum pietatem, & sanctitatem, sed sua tantum religionis omnis euerende studia iniquentes; uerū tamen qui in autoritate sanctissimorum hominū se putent delitescere. At enim multa sunt scripturæ testimonia Deo omnia attribuentis, quibus refragarī ualde iniquum sit. Ego iniquum cōfitor esse, & refragari scripturæ testimonio, & negare omnia attribui Deo bona opore, & tamen idem ego hoc dico deuinita hac iniquitate nō nihil quoq; libertati nostri arbitrii loci, ac muneris reliquum esse. Verum quæ sunt ista tamē scripturæ testimonia, quibus necessariō assentiri debeamus? In Euangelio, inquit, C H R I S T I est discipulos alloquentis: Non me uos elegistis, sed ego elegi uos. Et alibi: Nemo potest uenire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Et: Vobis datum est nōs regnū Dei, cæteris in parabolis. quæ omnia, & alia item multa declarant donum Dei esse, quicquid in nobis ad Deum rite cōuersum est, quod nos p̄ie, planeq; confitemur. Nam & electio nostra ex Deo est, siquidem ante ille nos elegit, quām in natura editi essemus, & applicatio ad C H R I S T V M, cognitioq; regni cœlestis, & beatissimæ uitæ aſſequenda ſpes, dona Dei nobis sunt, & ea quidem primaria, & maxima: sed tamen illa nobis collata uolentibus. At nos nō elegimus, sed fuimus electi, nempe uolentes, ſiuē in praefenti tunc cum fuit facta electio, ſiuē iāndū, ſi illa facta est ante mundi ſecula; quoniam in ea futuri uoluntate præcogniti fuimus, ut pareremus uocati, quos enim præcognouit, hos prædifiñuit. Et quanto planior, ac solutior Pauli ista deductio est, ipsa etiam erga nos beneficia, & decretū, deliberationemq; ſummi Dei ad præcognitionem in eo futurō reuocantis, cum quo cōueniens caput Apostolorum Petrus, electos hos eosdem uocat ſecundum præcognitionē Dei patris in ſanctificatione ſpiritus. Quid ergo, quod ex aeterno tempore is deliberat, & eligit, cauſa ne eſt in nobis, qui id meritū tanto p̄st ſumus: minime, neq; ullum noſtrum electionem Dei de nobis p̄uocat meritū, led cauſa diuini illius cōſtituti, ipsius eſt Dei præcognitio. Quid porro præcognoscit futuros nos ministros ſui glorificādi nominiſ, nō uirtute noſtra idoneos, nō meritū, nō ingenij, aut animi facultatibus, quæ in nobis nullę nō ab Deo ſunt, ſiuē illæ cōmuni, ſiuē proprio beneficio nobis dāræ, ſed eo uno aptos, aut, ut plauſius etiam loquar, accōmodos, quod unum in nobis ſitum eſt, inductione animi uideſſet ad nō aspernandum, neq; repudiandum mādata, & uocationes ſummi Dei. Hoc præcognito in nobis, quod faciles ductu erimus, tum Deus ſapienter una, ac liberaliter bonum ſuū omnibus impertire cupiens, diuinorum ſuorum beneficioſ iam inde de principio nos digna cōſtituit fore receptacula; nec tamē propterea in nobis meritū gratia Dei anteuenit; ſicut nec ſolū quidem, aut area ipsa ſola accōmodatione ſui ūim habet ullam promerendi, niſi abutit uocabulo uelimus, ut ædificium in ea nobile extruatur.

extruatur; ſed illa tota eſt architectū, ædificatorisq; deliberatio, cuius p̄uidentia, atq; cura, & aptatur etiam magis ſolum, cōmodiusq; fit, & ipsa ædificatio cōſtituitur, atq; fulcitur; ſic noſtrum credere ſimplex illud & inchoatum, quo ad obediendum Deo incipimus inclinari, nō continuo mereri eſt, led tunc meremur, cum firmati iam in bona uoluntate ab ipſo Deo, & in ipſius cognitionē, amoreq; tradiuti, omnia ex illo, & propter illum agimus. At enim iſta animi induc̄tio uoluntas quædā eſt, quam uoluntatem necessario antecedit cogitatio. Sed ne ſumus quidē idonei cogitare aliquid ex nobis, hoc Paulo attestante, quā scribit ad Corinthios: Non quidē idonei ſumus à nobis ipſis cogitare aliquid tanquam ex nobis, ſed (ut diuiole aliquantum uocabulo nunc utamur) idoneitas noſtra ex Deo eſt. Quare ſi nec cogitare quicquam possumus niſi ex Deo, ne uelle quidē quicquam fine eodem Deo possumus. Ad quod dicendum eſt, uerba iſta Pauli aliam quandam ſpirare, deferri eis ſententiam, quām eam, quæ ab hiſce intenta eſt. Non enim in illis de ipſa qualibet cogitatione ferro ita eſt, ut inſtitat Paulus, & commoretur in ea; ſed de ipſis cogitandis operibus intellegit egregijs, & mirabilibus, & ad illuſtrandam gloriam Dei magnificis, quæ non nauare modo quicquam, ſed ne cogitare quidē, niſi ex ipſo Deo idoneus eſt. Non enim iſta huicmodi cogitatio inchoata, & rudis inceptio quædam eſt, animi etiam nunc moventis primos illos motus inclinationis ad Deum, & uoluntatis ſuā, ſed cogitatio ſapiens, atq; magna maximarum ſimul, sanctissimaruimq; rerum & fulciendiarum, & administrandarum, quas res fatetur ne idonei quidem ſe eſſe, ut existimet a ſe eſſe perfecta; hoc eſt, nō ſe exiſſimare idoneum authorē illarum eſſe. Sed, ita enim ſequitur, idoneitas noſtra ex Deo eſt, idoneitas repetit, & non cogitatio, quæ ſit ex Deo. Quæ autē iſta idoneitas; qui idoneos ministros nos fecit, inquit, noui testamenti, ut facultatem & uirtutem noui testamenti p̄adūcandi, atque publicandi à Deo ſe totam accepisse cōſtituitur. Quem Pauli ſentim, qui illum locum accuratiuſ legent, facile intelligentia cōsequuntur. Sed eſt locus difficultior, in quo Paulus ad Philippenses ſcribens, ſic loquitur: Dilecti mei ſicut ſemper auscultauifis, non in p̄aſtentia mea ſolum, ſed multo magis in absentia cum metu, & tremore uelstram ipſorum ſalutem procurate. Deus enim eſt operans in uobis & uelle, & agere pro bona uoluntate; ut etiam uelle noſtrum appearat eſſe à Deo, quod non conſituit in illis uoluntatibus, quæ ad p̄eclarā Dei opera agenda inſenſa, & parata ſunt. Nihil enim perfectum eſſe a nobis p̄oſt. Sed noſtra ſunt initia, & cogitandi, & uolendi: Atque ita noſtra, ut magnam quoq; partem in illis obtineat Deus. Ipsiſum enim necessariō propositum nobis habemus, cum ipſum uolumus, & cogitamus, ut ſit ipſe prius noſtrarum cogitationum, uoluntatisq; uitamentum, ad quem cum inclinauerimus, quod boni propositum in nobis uocat Paulus, uelle deinde, & operari ex illo bono proposito, perfectius à Deo nobis eſt, cum ipſius ope, & ſubſidiō ad recte agendum, cōſtanterq; uolendum & fulciamur, & promoueamur. Reliqua eſt obiectio: Cum nihil omnino in rerum natura, niſi per Deum, & ex Deo ſit, quoniam nulla res eſt, cuius rei, hoc ipſum quidē eſt, non proficiſſatur à Deo, ne uelle quidē ipſum, & cogitare in actum egredi potest, niſi author uoluntatis, & cogitationis ſit Deus: quod ut ita eſſe concedamus, ſine Deo etenim nulla omnino res eſt, illa tamen Dei adiſſititia, ut ſic loquar, & concordatio in rebus, quæ ſunt, non rationem cauſa impellentis, ſed tanquam fulcrum, & ſubſidiū rei existentis in ſe habet. Nos uero cum querimus utrum uelle ſit à nobis, an ab Deo; id ita querimus, ut non uoluntas ſe noſtra in Deo nitatur, atque cōſtituat; ſed an ab ipſo tantum Deo in nobis ea moueat, nosq; nullas noſtras partes ad uolendum affermas, cupiamus inueſtigare, atq; noſſe. Qui ſi nihil omnino ex nobis ad bonas cogitationes, & ſancta consilia afferimus, neque illam primam ſaltem inductionem animi, quæ quali cardo quidam uoluntatis eſt, huc uel illuc ſe uolentis, in noſtrā habemus potestate, liberi p̄ojecto arbitrii non ſumus, ſed nos pro inaniſſimi, aut certe pro experte rationis instrumento ad ſuos uſus adhibet Deus, eaq; item ratione, nulla eſt in nobis ratio promerendi. Sin autem idcirco quidē nos noſtrum uelle, & parere Dei constituto imperioq; ſubſicimus, omnis bona, & ſancta actio in nobis producitur à Deo, cuncta quidem illius actionis gloria, & omnis uirtus, & omne

meritum planè ex Dco est, sed quod, nisi obedientiam nos nostræ uoluntatis, tanquam staminis filum diuinæ contexendi prudentiæ subiunctam teneamus, hæsumus in nobis non sit. Cuius rei signum maximum, quod in medio cursu rerum benerendarum averti retro, & resiliere possumus. Quod si possumus resiliere, possumus etiam non resiliere; & aut est utrumque in nostra potestate, aut non tam arbitrio libero, quam necessitate resiliemus. Quod si hoc ipsum, quod nolumus resiliere, uel quod uolumus in obedientia perficare (unum enim atque idem utrumque est) nequaquam à nobis, sed ab Deo tantum est, cum sine poenitentia sint dona, & uocationes Dei, ut alio loco scriptura ait, qui fieri poterit, ut qui semel fuerit in bonam uoluntatem inductus, resiliat postea, retroque se conuertat, nisi Deum poeniteat uocationis sua, quod iam estimare est nefas? Est igitur aliqua nostra in actionibus rectis cum Deo una cooperatio, minimam quidem ad agendum partem ipsa conferens, uerum aliquam tamen. Quemadmodum Paulus ad Corinthios: Abundantius, quam omnes illi laborauit: non autem ego, sed gratia Dei mecum, inquit. Et Petrus: Ideo fratres studete firmam uestram uocationem, & benedictionem efficere, hoc est, efforte in obediente constantes. Et cum legitur: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Dedit eis potestatem ut fierent, inquit, non statim fecit filios, quoniam a eorum parte credulitatem, & uoluntatem requirebat. Aut cum dicebat C H R I S T Y S: Fides tua te saluam fecit; quod mulieri dictum importunius instans, quam præsternit initio dominus repellebat. Et, Si potes credere, omnia possibilia credenti, cum statim clamans pueri pater cum lachrymis, Credo domine, inquit, subueni incredulitatem meam. Et cum cœcitatim eorum, qui non credebant, in synagoga irascabantur. Et cum dicebat: Qui sermones meos audit, & credit mittenti me. Et, Qui uult uenire post me. Et, Si uis saluus fieri. Et cum paterno illo cordis affectu super Hierusalem fleuit. Cum si ciuitas illa ad credendum nullas suas partes allatura erat, non tam flere super illam opus fuit, quam ut crederet imperare. Et ad Thessalonicenses Paulus: Dignetur uos uocatione Deus noster, & impleat omne propositum bonitatis; id est, quod bene proponitis perficiat, & impleat in uobis. Quanquam de libertate arbitrij, ac motu nostræ uoluntatis in nobis posito, neque certius afferre exemplum, quam de ipso Adam possumus, qui cum nondum filius fæs est, neque naturæ uitio ad malum impelleretur; uita tamen sibi morteque proposita, in deteriorem uolens partem se demisit; neque authoritatem illufriorem, quam Salomonis, qui in Proverbiis: Hominem, inquit, à Deo fuisse relicturn in manu consilij sui. & quod evidenter adiungit: Seruatur illum mandata, si uoluerit. & item: Aproposita fore illi ignem, & aquam, uitamque, & mortem ante oculos, & utrum uoleret, atque utrum manus tendet, id illi iudicatum. Et item: Hominis sunt præparations cordis, & à Domino est responsio lingua, moxque adiungit: Verte ad Dominum opera tua, & confirnabuntur cogitationes tue, magisque item perspicue: Cor hominis cogitabit uiam suam, Dominus autem diriget gressus eius. Iam præter dicta, & testimonia scripturaræ, quæ plurima sunt, ipse mos, ordoque catholica Ecclesia non ne aliquid esse à nobis, & ex uoluntate nostra indicat: Quid enim aliud cohortationes, quid præcepta, quid minæ, quid obtestationes superiorum, & authoritatibus habentium, aut doctorum etiam nostrorum sibi uolunt, nisi ut nos tanquam uoluntatis nostræ dominos in meliorem, & sanctiorem conuertant partem; aut quem alium ad finem C H R I S T Y S Iesu carnem hominis accepit, docendoque, & coniueniendo in mundo est diuersatus: labores, ærumnas, ludibriaque pertulit: morte, & cruce affixi se passus est, ac nihilominus humiliatem illam, patientiamque suam mirandis illis diuinis operibus interdum distinxit, nisi ut commonefaciendo, & rectum in celum iter commonfrando, hominum uoluntates ad se alliceret, & per se in Deo patre collocaret: Quia si perse moueri, nisi eo iubente non poterant, cur per tot anfractus operum, & laborum, ac non uoce ipsa, iussuque diuino mundi conuersio protinus ad Deum facta est? Verum ut aliquando finem faciamus disputandi, atque id concludamus, quod nobis uidetur æquum, confiteamur illud primum, omne bonum in nobis ex Deo esse. Nec tantum commune hoc, & natura omnibus datum, quod mentis, & rationis participes facti sumus,

mus, totque præterea instrumentis, ad nostrum munus obeundum ab ipso Deo locupletati, atque ornati: hæc enim diuina esse proorsus in nobis beneficia nemo uel mediocriter sapiens dubitauit unquam: sed de his in preferentiâ non agimus; de illis loquimur bonis, quæ post exortum, & constitutionem nostrâ à nostra arbitrio uoluntatis proficiscuntur, ut hoc uelutimus potius, quam illud: huic magis consilio, quam illi acquiescamus, hoc enim propriam famam est uniuscuiuscque opus, propria animi inducâ, quæ si ad Deum, & Dei partes se dederit, in illo genere honorū constituitur à nobis, quæ sola uere sunt, & in sacris literis appellantur bona, in quibus diserte sanæ, uereque dicuntur, omne bonum nobis à Deo esse, ut non solum actio, neque uoluntas, confiliumque dunataxat, uerum prima etiam illa cogitationis cōmoratio, si ad sanctitatem, & fidem se conuertat, ex Deo nobis moueat, & infat, uerum alio, atque alio modo. Nam cum Deus duplicitate causa bonarum rerum sit, uel ut effector, & ipse agens, uel ut finis, resque desiderata, priore quidem modo quicquid facit Deus, ipsius est actio, & opus eius proprium, nihilque eod nos à nostra parte afferimus, qua ratione, per uoluntatem, & constitutum omnipotentis Dei, quicquid est in nobis perfectum, & constans in amore erga ipsum, & in rebus asperis pro ipso perferendis, prosperisque temperandis, quicquid initiatum in bono proposito, quicquid fidei, recteque religionis obtinemus, id totum à Deo nobis authore ita datur, ut agnosceremus debeamus nos facultatibus nostris eò aspirare non possemus, nisi Deus nos in illa gratia, & gloria ipse suis penè manibus collocauerit. Atque hac prædiffinitio est, & uocatio ab Deo, & glorificatio nostra. Sic enim ab eo electi ante constitutionem mundi fuimus, ut per illum, & ex illo omnem diuinorum honorum copiam suo ipsius solo beneficio, non meritis ullis nostris antè eumtibus habituri essemus. Verum quæ Deus finalis rerum causa est, & ad eum, ut ad summum bonum mentes nostræ mouentur, nostra haec tenus uoluntas, & cogitatio, & prima illa atque inchoata actionum nostrarum consilia ex Deo quoque ita sunt, ut nihilominus libera sit nobis facultas illum appetendi, aut auersandi. Non enim tunc ut mox uens, atque impellens author ipse est, & principium uniuersum nostræ uoluntatis, sed ut appetitus, & desideratus: magnum quidem tum quoque momentum afferens ad inclinandum nos, atque allicendum, ueruntamen uim non adhibens, quin possumus uertere in partem aliam, atque deflectere: neque ita imperans, ut sit necessario nobis parendum, sed uelle nostrum in nobis tunc est. Itaque adduci, & attrahi nos permittimus, si tam uolumus. Ex quo appareat iam arbitror, quæ si huius difficultate quæstionis non improbanda solutio, quæ idcirco tot doctorum mentes impeditas adhuc tenuit, quod hanc finalē causam in Deo cum agente illa, atque efficiente in unum miscuerunt, neque distinguerent se, & separare sunt conati. Nos uero prædicamus, Deum esse in nobis omnium honorum causam, etiam uoluntatum, primarumque cogitationum: sed si quæ sunt in nobis perfectiora, logiusque progressa bona, tota ea ab Deo proorsus nobis existere, neque esse in illis quicquam in quo nobis assentari, aut ad partes id nostras dedere debeamus: Principia uero bonarum cogitationum, & uoluntatum ex Deo ita existere, ut nostri quoque tamen arbitrij illa sint, ut cum ad ipsum tanquam expertendum, ac exoptabile bonum nosmetipso sponte uertimus, magnam quidem uim in eo, illi cuique nos trahendi inueniamus, sed quo tamē libertas animi nostri nō constringatur. Quod si etiam apertus & enodatus res ante oculos est ponenda, si uolo te mihi frater existimare, non eandem uim esse liberis in nobis arbitrij, quæ in Adam fuerit primo nostro parente. Ille cum creatus liber, & ab omni proorsus dominatu solutus, protestat integrum, utrum se uellet flectendi, inclinandique haberet, mundum Deo anteposuit, eumque sibi Dominum potius adficiuit, sponte & uoluntate sua, tantum leui horatu carnis sue, hoc est, Euæ, id agens, qui si idem se ad partes Dei uertere uoluisset, planè agere hoc poterat, pleno & liberuæ uoluntatis arbitrio, quoniam ita erat factus à domino Deo, sibi ita ipsi cōmandatus & traditus, ut integra illi de se ipso potestas in utrumque partem esset. At postquam ille, dimisso Deo, mundum sibi dominum potius adoptrans, hanc nobis reliquit prauum iudicij sui hereditatem, ut insiti omnes mundo & amoribus illius dediti, animales tantum (ut ad Corinthios scribit Apostolus) homines nasceremur, longe deterior facta est nostræ libertatis conditio, Nam potestas pri-

itas primum nobis penitus erecta est, ad Deum rursus ex nobismetipis assurgendi, atque nitendi: quod in hoc terreno luto infixi, obrutas, atque demersas uires nostras habemus, quas nequeamus explicare, nec euoluere. Voluntati autem nostræ uix tantulum relictum est, quantum interdum in medijs mundi cupiditatibus atq; curis; aliquid miceroris & penitentia interueniens respicere eam paulisper, & desiderare melius quiddam, quod tamen ipsa non cognoscit, facit; in quo tamen desiderio breue tempus commorata, rursus in mundi studia & cogitationes terre reuolutur. Ita liberum arbitrium nostrum, quod in Adam integrum fuit, atque plenum, in nobis deinde transfusione peccati fractum & communatum, potestate quidem ad Deum se ex seipso applicandi, & suum summum bonum in eo percipiendi, penitus priuatum est: voluntatis autem exiguum quiddam habet reliquum, quod neq; ipsum tamē alte niti sua ui, nec diu perseverare in bono proposito potest. In hoc ergo statu consistentibus nobis, cum non solum natura originis peccato infecta, sed uoluntas quoq; nostra tanto anti præcurrentibus bono confilio sensibus, & cupiditatibus, quæ antequâ lumen rationis adueniat, iam mundo sunt addictæ, eumq; nobis dominum duplicito iure constitutum, & ob generale nostræ originis uitium, & propter pecularia cuiuscq; propriæ delicta, quis erit tam iniustus rerum aestimator, qui aliquid nos omnino posse, aut etiam planè uelle quod bonum sit, hoc est quod ad uerum bonum pertinet, qui Deus est, pertineat, sine ope Dei, & quidem sine magna ope ac peculari spiritus sancti dono audeat affirmare? Non possumus quicquam per nos, quod ex eo genere honorum sit, quorum est fructus in coelestis & sempiterna uita requiriens. Ac ne uolumus quidem plenè, ut illa recte debeat appellari uoluntas. Sed id nobis datum uel potius relatum est, ut in moderandis terrenis affectibus, & in eo humano bono, quod est modestia, mansuetudinis, equitatis, temperantia, aliquam tamen nostram potestatem teneamus; siquidem huiusmodi bona in terram nihilominus cœueria sunt, & ad terrenos aliquos finis respiciunt, non in Deum pro�tus sunt directa & collata. Quam tamen potestatem sic tenemus, ut nec sine aliis quo propinquiori, quam communis natura fert, Dei auxilio, a quo omnis potestas est, ad meliorem uitæ ordinem possumus illam conferre. Sed hoc Dei auxilium non est ex eo genere, de quo insitimus loqui. Quare dehinc uideamus qui sit processus in nobis, & quomodo ad Deum ut ad nostrum solum bonum adiungere nos ualeamus. Ac primum in hac turba & colluione cupiditatum terrenarum uersabitur nobis, atq; ea sola bona agnoscendibus, quæ ex mundo adesse possunt, nulla est cogitatio, nullus interioris animi sensus, qui surrepere nobis nostro consilio possit, ista esse omnia nihil facienda, atque alia bona potius nobis requirenda, quæ penitus ab oculis, ab auribus, ab omni sensu tactuq; corporis remota sint, quorum non sit in hac uita illa unquam nobis accipienda possit, sed ea & sola fide credenda, & sola spe expectanda sint; proposita nobis a summo Deo, ut si illum toto corde amplexi fuerimus, nostraq; ad eum potius desideria omnia, relicitis his mundanis amoribus, contulerimus, ipsum illum Deum, qui omnium bonorum est fons, unâ cum bonis omnibus, quæ ab eo fonte emanant, in premium & fructum fidei de eo nostræ simus habituri. Atq; hoc haec tenus doctrina est: sic enim docemus atq; instruimur & ex literis sacris, & à Doctoribus sanctis. Oportet autem uocem docentis & prædicantis antecedere, ut mens nostra ad suspicandum quicquid studi sit quod docetur, adducatur. Non enim (ut Paulus inquit) creditur in eum qui non fuerit auditus. Hac edita uoce, & C H R I S T I nomine inducto, q; in eo uno (ut diximus) hæc uox in nobis salutis est operatrix, ipse enim C H R I S T V S, hæc universa est ratio dare totū se Deo, & cū mundo nihil quod à Deo sciungatur, cōmerciū omnino aut cognitionis habere, qui audierint auribusq; perceperint, partim nec ad animū quidem suum allabi patiuntur, q; carnalibus studijs curisq; oppressi locū non habent in animo, neq; habere volunt, ad tantas, & tam nouas accipendas cogitationes vacuum, eamq; doctrinam cum irrisione, aut etiā cum iracundia respuent, que quidē longe maxima fuerit multitudine, præsentē enim mundum dominum multo plures colunt & amplectuntur, q; absente (ut illis uidetur) Deum. Partim autem aliqui, si qui fuerint in his ipsis mundi uoluptra

uoluptatibus aliquanto temperatores, aut ad audiendum & intelligendum dociles, aut ita humano consilio arbitrioq; assuefacti, ut rationi non admodum repugnet, absintq; à contumacia animi & arroganta, ita audient uerbum Dei, ut statim in illis motus aliquis animi ad credendum & cupiendum se inclinatis exoriantur; qui quidem adiuc motus imperfecta uoluntas est, nondum enim constituitur, nec in eo quod uelle ceperit, satis firmatur, qui etiam motus à Deo ut fini nobis proposito cietur & nascitur, non enim cum Deum finem dicimus, omnem ad illo uim agendi & mouendis se gregamus. Imò uero magna est in cunctis finibus, in ipsoq; præcipue Deo, ad mouendum insita facultas: quippe qua coelestis primum orbes, ac per eos deinde omnia à Deo ut desiderato fini commouentur. Hoc itaque modo auditus & declaratus Deus nos mouet, quia appetitum quandam incitat sui potiū: uerum ita mouet, ut suadat & allicit, non ut affeat ullam uoluntati nostræ necessitatem: retinet enim uoluntas adhuc libertatem in eo suam, habetq; in potestate, utrum forces aperiē pulsanti uelit, an eas per contumaciam & obstinationem præcludere. Atq; hic est spiritus sancti primus ille afflatus, atq; illa lenis blandaq; aspiratio, tanquam solent aurora antecedens, quam præuenientem gratiam appellat Augustinus, sine qua ne prima quidem illa rudisq; uoluntatis moueri incipit, quæ in hoc tamen libera est, quod si magis uult, potest non moueri, & non mouetur, nisi ipsa consentiat. Potest enim (ut diximus) & auertere se, & non auertere: in quo cardo est sequentium & actionum & uoluntatum. Atq; haec tenus quidem nos nostri aliquid afferimus, simplicem illum nutum uoluntatis duntaxat, eumq; cōtinenter spiritui sancto suggestimus. At uero ubi firmiter uelle, & iam operari ex firma uoluntate incipimus, totum in nobis agit Deus: nostræ enim eo uires nulla modo aspirant: qui autem aspirant, cum si uelimus ex Deo agere & operari, nosmetipos profus abnegemus oportet: sic enim ipse dixit: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat criticiam suam, & sequatur me. Qui ergo totum se repudiavit & abiicit, aliumq; hominem penitus induit, & ex animali factus est spiritualis, is poterit dicere illis uiribus se esse animalibus & propriis boni quicquam ex eo genere agere, quod ad spiritualia consilia sit directum. Deus est, mihi frater, Deus nostra actio tunc & uoluntas, & operatio, & ex Deo spiritus sanctus, qui in nobis spirituali diuinæ charitatis cum accenderit, supra hominem nos attollit, & illo Adæ filio in nobis extinckto, coelestis supremi patris nos comprobat esse filios. Qui quidem spiritus sanctus quo modo ex Deo uero nobis inicit, & diuinorum premiorum certissimus fit sponsor, hecsterno à nobis die assatim fuit dictum. Quam obrem demus nos omnipotenti Dei nomini debitam gloriam, ac subiiciamus illi corda nostra, totosq; nos aptos ex eo pendere ita intelligamus, ut uita quidem nostra fint: omne autem bonum, & omnis uirtus, & omnis apta ad promerendum actio, ex illo tota sit, nullamq; nostram partem in se habeat: quicquid autem libera uoluntate cogitamus atque suscipimus, id solum ita nostrum, ut magnas eius quoque partes deo attribuamus, ut aut ab eo, aut non sine eo omnia nobis bona, etiam bonorum initia constare sit necesse. INTELLIGO, Iulius inquit, & uere mihi antea hallucinant in hac questione ardua, & difficili nunc primum datur aliquid cernere, in quo oculus mentis meæ conquiescat. Video enim hanc distinctionem tuam ita conferuare Deo suam gloriam incoluem, ut tamē nobis nostri libertatem arbitrio non auferat, et si illud quoq; intelligo uoluntatis huius nostræ Deum cum ei libeat, non modo illicitum, & iniuriantum, ut finem, sed etiam ut mouentem, & impellentem dominum esse, quod est in Paulo nostro patefactum, quem inuitum & reluctantem per uim traxit Deus ad cognitionem sui. Atque ista quidem uoluntatum & cogitationum principia uoluentia se cum amore ad finem Deum, & se tanquam stamen ut tu modo dicebas, illius sapientia, operationisq; subscientia, nimirum illa sunt, quibus à Deo in futuris sanctis tanto ante præcognitis fit iudicium ab eo, & deliberatio hos feligendi, sibiq; reseruandi, in quibus, & per quos suam omnipotentem gloriam in ceteros postea demonstret, quæ iam electio, & prædestinatio causa deinceps est, non ut finis, & appetitum, sed ut agens ipsa, atque efficiens, ut tot in ipsis electis diuina beneficia eluceant. Verum reliqua etiam apud me nonnulla,

de hac ipsa prædestinatione, seu prædiffinitione dubitatio est, num hi sic electi, & diffiniti ab ipso Deo peccare posse possint, & sese ab Deo, & ab illis amore auerte-re. Si enim possunt, quenam est prædestination? Si non possunt, quo abijt tam subito conditionis nostræ infirmitas? aut quid isti mereti iam præmij, aut mercedis queunt, si nequaquam ex se, sed ex Deo in bonis, & sanctis operibus continentur? P E C C A T E possunt, inquam, Iuli, nec imbecillitas humanae conditio ad impatibilem firmitatem in illis conuerta est, atque adeo etiam peccant, & peccabunt. Quis enim est usque eō in cœlum oculis animoq[ue] intentus, qui si pedibus per terram ambulet, non offendat aliquando in aliquem lapidem? Veruntamen illis sua peccata non usque eō ualebunt, ut ad interitum eos, & cum Deo iniuritiam deducant, semperq[ue] ratum erit, quod à Deo de illis fuerit diffinitum. Atque ipsi quidem ex sese, suaq[ue] impotencia, & labi, & ruere, & pessum ire penitus possunt: neque ut non possint, operabitur in illis Deus, neque efficiet, ut sint ipsi ex seip sis impeccables; uerum ipse excubijis illos custodiens suis, & quæ ad deiçendos illos idonei essent, sua potestate propulsans, uimq[ue], & impetum frangens uenientium, tutabitur assidue electos suos, & sine quidem eos interdum labi, ut suæ infirmitatis admoniti, Dei in se gratiam maiore amore complectantur: capi autem, & obrui, ab seq[ue] abduci nunquam sinet. Sic enim scriptum est: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei colit commorabitur. Et de Dauid suo Deus: Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, nihil proficer inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocet ei. Quid ita uero nō nocebit, cum & is sit Dauid, cui possit noceri? Quoniam manus mea, inquit, opulabitur ei. Et ad Abraam Deus: Ne timeas Abraam, ego clypeum ante te gero. In Evangelio etiam, quæ dominus de Antichristo uerba faciens, eius aduentum, operaq[ue] prædictum, fraudis plena & impietatis, tot illum signis asserturum potentiam, & autoritatem suam exponit, ut si fieri possit, erraturi etiam sint electi, tanquam illi quidem per se errare possint, sed à Deo custodiantur. Quo etiam minus hi ferendis sunt, qui ad libidines, & intemperantiam suam omnia referentes, quo ijs solutiore animo indulgeat, dictitate soliti sunt, si præuiderit eos Deus esse damnados, quoniam effugere Dei præscientiam non queunt, uelle sese interim his mundanis uoluptatibus perfrui, ne in utroque seculo incommoda, & mala perpeti cogantur, qualis uero non ista horum oratio factis comprobata ipsorum damnationis causa sit, aut quicquam illorum ad interitum præuidentia Dei afferat, præter solam cognitionem. Sed hæc que in scholis quotidie disputantur, prætermittenda nobis sunt. De meritis dicendum, cum nulla sit hominis uirtus, quæ sua u[er]i niti, aut tam alte aspirare ad cœli præmium possit, neceſſe esse Deum eundem, ad quem tendatur, tendentibus adiutorem, & ducem ad semetipsum inuenientum, potiendumq[ue] existere. Nunc ad ipsam uerborum Pauli expositiōnē reuertamur, qui confirmare illud uolens, quod ante præmiserat, omnia diligentibus Deum cooperari in bonum, rationem dicitū sibi totam ita à Deo, & deliberatione Dei deducit, ut nescio quid parvulum nobis tamen relinquit, quod est in principio positum tanquam fundamentum & solum, ad sustinendam Dei dona. Quoniam quos præcognovit, inquit, hos & prædiffiniuit, ut apparet aliquid nostri in nobis à Deo præcognitum, in quo ipse suum opus beneficentiae colloquatus iam inde a seculorum initio sic decernat, & statuat, atque hæc ambo ante omnia tempora, mox autem in tempore, Quos autem prædiffiniuit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit. Ecce primum Dei in nobis quod appearat beneficium, & prima gratia ipsa iustificatio, per quam digni à Deo iam deinde efficiuntur, qui ipsius gloriam mereri debeamus. Itaque subiungit statim, Quos autem iustificauit, hos & glorificauit. Non enim talis gloriam, nisi iustitia merito nobis uindicamus. Porro ipsa iustitia Dei donum est, ergo omne meritum ex Dei munere obtineamus. Quis ergo dubitat, cum haec ita sint, quin omnia Deum diligentibus cooptulentur in bonum? etenim si Deus pro nobis, quis contra nos? si ipse defensor, quis oppugnator noster erit? Aut si etiam oppugnabitur, qua contra diuinam omnipotentem defensionem humana, & fragilis conficit oppugnatione. Atque ut quod dixit, de electione, & glorificatione nostra, quam adhuc in spe obtinemus, ex ijs, quæ iam accepimus

acepimus, confirmet, sic argumentum interrogando facit,

Qui utiq[ue] proprij filij parcus non fuit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non & cum ipso omnia nobis largitur?

Q V I N re summa, & sibi omnium charissima prolix, & largiter liberalis erga nos Deus fuit, cum unigenitum filium suum tradidit pro nobis in hanc humanam infirmitatem & mortem, is quod sibi quicquam residui faciat, quod nobis non communicet, nequaquam est existimandus, sed maxima concessa re, etiam ea, quæ minoria sunt, quæ illud filij donum primarium consequuntur, nobis libenter est donaturus. Qui enim filium dat, amore nostri inductus, etiam filij gloriam dabít, etiam nos pro filiis diliget, & paternam erga nos capier uoluntatem, qua hæredes nos faciet cœlestium omnium suorum, immortaliumq[ue] bonorum.

Quis criminabitur electos Dei? Deus est iustificans. Quis erit condemnans? C H R I S T U S mortuus, magis autem & suscitatus, qui & est in dextera Dei, qui & intercedit pro nobis. Quis nos separabit à dilectione Dei?

H O C I D E O dictum est, quoniam magna erat inter multos admiratio, quidnam sibi isti nouæ religionis introductores uellent, & suspicio quædam eiusmodi ducta ex communib[us] hominum malitijs, & cupiditatibus, aliquid eos sibi querere luci, & authoritatis, quod fermè nouantibus res solet esse propositum: tum autem illa magica superstitionis inuidia, de qua heri in nostris sermonis exordio diximus, Christianum nomen exoriens grauiter infsequebatur, quibus rebus siebat, ut qui uerbum fidei aliquin non aspernabantur, ad profundam tamen eam redderentur tardiores, uel iam professam, cum pudore quodam dissimulare conarentur. Quorum timidi citati ista Pauli libertas, & uis animi ardens in Deum, atque illius amore inflammatæ mens alacritatem, & fiduciam addit, qualis ita arguat: Electi à Deo fuimus, & in eius iustitiam gloriamq[ue] uocati, huiusq[ue] ipsius spei firmitatem ex ijs, quæ iam ab eo nobis tradita sunt, obtainemus. Qui enim proprium suum, unigenitumq[ue] filium largitus nobis est, quo pacto non largietur cetera, quæ à tanto amore illius erga nos expectanda sunt? & nos inepto pudore quodam, metuq[ue] ignominiae apud imperios, à prædicando palam ipsius Dei nomine, & apud omnes glorificando abiistemus, detrahant qui uolunt de nobis licet, & gratium criminum nos insimulent, nonnullorum etiam commissorum antè foritan & patratorum, quid nobis obest ullius iam criminatio? Illa nempe peccata baptismo, & fide erga Deum abluta sunt. Deus est, qui nos iustos facit, & qui taleis nos esse iudicat. Quis alius nos iam condemnat? non moueamur ullius insimulatione, non deterreanur ignominia, quin hunc primum gratia Deo habenda actum, & hanc primam uocem nostræ uicissim erga illum benevolentiae mittamus, ut palam, & libere ipsius sanctum nomen profiteamur. Multa sunt fortassis propria pericula, C H R I S T V M annunciantibus; uerum ea metuere non est amoris. Ille mortuus est pro nobis, in quo est absolutione à criminibus nostra, ut iam insimulatores contempnere debeamus. Ille etiam magis nobis exurrexit, in quo nos sumus à Deo iustificati, ad iustitiam quippe cum illo exurreximus. Ille sedet in dextera Dei, quam eandem gloriam adituros nos confidimus. Ille apud Deum interuenit, & infat pro nobis, ut stabilis & firma sit electio nostra, & ipsius Dei de nobis prædiffinitio: & cum haec ita sint, tamen ne erit quicquam, quod scrupulum nobis aliquem, dubitationem' ue afferat, quasi diuelli possimus ab amore omnipotentis Dei: & quidnam erit iustus? Sic enim ista profet Paulus, tanquam corruptus numine, & totus igne diuini amoris sit flagrans,

Afflictio, an angustia, an persecutio, an famæ, an nuditas, an periculum, an gladius, quemadmodum scriptum est: Quoniam propter te in mortem

S 2 tradimur